Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Quatuor nouissima cum multis exemplis pulcherrimis. et de terroribus mortis cu[m] eterne b[ea]titudinis gloria.

https://hdl.handle.net/1874/461465

ora
qu.
9

# Dit boek is gescand in het kader van het Incunabelen project.

Een incunabel of wiegendruk is een boek of geschrift dat gedrukt is vóór 1 januari 1501. Gezien de bijzondere aard van deze vroege gedrukte werken is besloten deze uitgebreid te beschrijven en te digitaliseren.

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
https://repertorium.library.uu.nl/collectie/incunabelen/

Bij deze boeken wordt ook de volledige buitenkant gescand en een scan gemaakt van het geopende boek. De hierna volgende scans zijn (in volgorde waarop ze getoond worden):

- het midden van het geopende boek*
- de rug van het boek
- de kopsnede
- de frontsnede
- de staartsnede
- het achterplat

*Een deel van de banden in deze collectie bevatten meerdere titels, het is dus mogelijk dat de pagina's in deze overzichtsscan horen bij een andere titel.

## This book has been digitized as part of the Incunabula project.

An incunable or incunabulum is a book, pamphlet, or broadside that was printed before January 1st 1501. Due to their special nature a project has been started to better describe and then digitize these early printed works in our collection.

More information on this collection is available here:
https://repertorium.library.uu.nl/collectie/incunabelen/

The digitized version of these books includes scans of the outside of the book and a scan of the open book. The scans after this notice are (in the order in which they are shown):

- the open book (opened approximately in the middle)*
- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

*Some of the bindings in this collection contain multiple titles, therefore it is possible that this scan shows pages which belong to a different title.

placaꝛ. Vñ deutronõ. x. De
us magnus potens ⁊ terri//
bilis q̇ ꝑſonã nõ accipit nec
munera. Certe tũc plus va
lebit pura ꝯſcĩa q̃ȝ marſubia
plena Tũc diuitibus nihil
ꝓderit diuitiaꝝ copia. ſȝ ſo
lum pietatis ⁊ iuſtitie ꝓſũt
oꝑa Vñ ezechiel vij. Argẽ
tum eoꝝ foras eijciet ⁊ auꝝ
eoꝝ in ſterquiliniũ erit Ar//
gentũ ⁊ aurũ non valebit li
berare in die furoris domi//
ni Tunc apparebit dolꝰ ſcĩi
falſitas, mũdi. ac vilitas ⁊ ĩ
dignitas oĩȝ diuitiaꝝ O q̃ȝ
dulce. q̃ȝ iocũduȝ erit tũc o
diſſe mũduȝ. q̃ȝ triſte. q̃ȝ a
maꝝ habuiſſe mũduȝ carũ
Hec ſententia ferẽda ẽ a iu
dice q̇ p̃cibus nõ corrumpi
tur neq̃ȝ mitigaꝛ. Prouer.
vi. Non acq̇eſcet cuiuſq̃ȝ p̃
cibꝫ Vñ chriſoſtomꝰ Ibi ã
geli ꝓ hominibꝫ nõ ĩtercedẽt
Quia iuſtus iudex tũc non
faciet miſericordiã ſȝ reddȝ
vnicuiq̃ȝ ſꝫm merita vel de//
merita equã. ⁊ ĩflexibileȝ iu
ſticiam Vñ ezechielis vij.
Scd̃m viaȝ eoꝝ faciaȝ eis
⁊ ſꝫm oꝑa eoꝝ iudicabo eos
⁊ ſcient q᷑ ego dominꝰ Vñ
iob ix. expaueſcẽs dicebat.
Verebar oĩa oꝑa mea ſciẽs
q᷑ nõ ꝑcꝫ delinquẽti De his

oĩbꝫ ait Berñ. in ꝓſa Iuſte
q̇dem iudicabit nec ꝑſonaȝ
acceptabit p̃ce nec corrũpe
tur: ſic nec p̃cibꝫ flecteꝛ. Et
igiꝛ labora diligẽꝛ illuc de//
ferre iuſticiaȝ. vbi mĩaȝ nõ
poteris inuenire Nã vt ſcri
biꝛ puer. xi. Nõ ꝓderũt di
uitie in die vltionis. ſȝ iuſti
cia liberabit tunc a morte.
Chariſſime ſi ſcholares lcõ
nes ſuas neſciẽtes valde ti//
ment de examĩe mgrĩ. q᷑ for
ſitan acriter corrigẽꝛ. Quã
tũ habẽt tunc timere miſeri
peccatores de extrema audi
tione ſummi mgrĩ ⁊ iudicis
q̇ nõ ſtuduerũt in libro iuſti
cie ⁊ veritatꝫ Certe in hoc ex
amine q̇ nũc malignãꝛ exter
mĩabunꝛ Iniuſti em̃ puniẽ
tur ⁊ ſemen impioꝝ peribit
Ecõtra ꝟo tunc in memori
a etña erũt iuſti ⁊ ab auditi
one mala nõ timebunt. Et
ideo diciꝛ Ecci. viij. Añ iu
diciũ para tibi iuſticiã Hec
ſñia etꝫ fereꝛ a iudice crude
li ⁊ ꝯmoto q̇ nõ poterit pla
cari Nã dñs q̇ nunc natura
liꝛ mãſuetus ẽ vt agnꝰ tunc
apperebit q̃ſi leo rugiẽs cru
delis ⁊ ꝯmotus vñ ozee xiij
⁊ p̃nt eſſe verba dñi de aua
ris guloſis ⁊ ſuꝑbis ĩ die iu
dicij ſic dicẽtꝫ Iuxta deſide

ria ſua adĩpleta ſũt ⁊ ſatura
ti ⁊ eleuauerũt cor ſuũ ⁊ ob
liti ſũt mei Et ero eis q̃i lee
na ⁊ ſic̃ ꝑdꝰĩ via aſſioꝝ occ̃//
raȝ eis q̃i vrſa raptꝫ catulꝛ ⁊
diſrũpã ĩteriora iecorꝫ eoꝝ ⁊
ſumaȝ eos quaſi leo. Quid
em̃ crudeliꝰ iſtis beſtijs po
terit inueniri. Itꝫ dicit dñs
ad impiũ ꝯdemnãdum illõ
Ezechie vij. Finis venit ſu
per te ⁊ emittã furorẽ meuȝ
in te. ⁊ iudicabo te iuxta vi
as tuas ⁊ ponã cõtra te oẽs
abhoĩationes tuas ⁊ non ꝑ
cit oculꝰ meꝰ ſuꝑ te ⁊ abho
minationes tue ĩ medio tui
erũt. Et ſcitꝫ q᷑ ego dñs. ve
nit tempus ꝓpe eſt dies occi
ſionis. nũc de propĩquo ef//
fũdaȝ furorẽ meũ in te. Cer
te dñe ſicut ignis cõburit ſil
uã ⁊ ſicut flãma ꝯburẽs mõ
tes Ita tũc ꝑſequeris illos
in tẽpeſtate tua ⁊ in ira tua
turbabis eos. Tũc em̃ exar
deſcet ſicut ignis ira tua. et
in furore obſtupefacies gẽ//
tes. De quo diciꝛ eſa ye xxx.
Ecce nomẽ dñi de lõgiquo
veniet ardẽs furor eiꝰ ⁊ gra
uis ad portãduȝ labia eius
repleta ſũt indignatione ⁊ lĩ
gua eiꝰ q̃ſi iguis deuorãs ⁊
ſpiritꝰ eiꝰ quaſi torrẽs ĩun
dans vſq̃ȝ ad medium colli

ad ꝑdendas gentes ad nihi
lũ Hũc furorem p̃uidit iob
in ſpiritu cum dixit. Quis
mihi tribuat vt in inferno ꝓ
tegas me ⁊ abſcõdas me do
nec pertranſeat furor tuus.
Vere tãta erit tc̃ ſeueritas
iudicis. q᷑ nec verbis pote//
rit exprimi nec mente cogi//
tari Omnia eniȝ iudicia ab
initio mundi ſuper huma//
num genus habita ſunt tan
quam ſtille ⁊ ſcintille reſpec
tu furoris dñi quem in hoc
iudicio exarcebit Ecce q̃ȝ di
ſtrictus veniet ad iudiciuȝ
qui mitꝫ reſurrexit ⁊ ad celuȝ
aſcendit Vnde dicit grego
rius. in omelia ſuper illud
ioannis. viceſimo.. Tho//
mas vnꝰ ex duodecĩ qui dr̃
didimus ſic ait. Fratres vi
tam veſtram moreſq̃ȝ cõpo
nite ⁊ is qui mitꝫ reſurrexit
a mortuis. q̃ȝ ſtrictus in iu//
dicio veniet preuidete.
Certe in die tremendi exa//
minis ſui cum angelis et ar
changelis: cum thronis et
dominationibus. cũ prin//
cipatibus et poteſtatibus
apparebit. celis et terris ar
dentibꝫ cunctiſq̃ȝ elemẽtꝫ in
obſequij ſui terrore ꝯmotꝫ
Nũc ergo tãti pauoris iu//
dicem ante oculos veſtros

Quadra[illegible]
novi
ſima.
1484

Rariora

E. qu.
339


Cm


Cm


Cm

Ra
E
3
Cm

Theologia
Quarto no 339.

Rariora

245. **Gerard** van Vliederhoven, Cordiale quattuor novissimorum. Deventer, Jac. van Breda z. j. 4o. min. E. 4o. 339
Typen 3, 4, 8. — HMT 66 (114) d 1, 2; f 2. — HC 5697. — CA 1312. — Peddie II p. 195. — Bl. 45 en 46 in photogr. reproductie.
In den catalogus van 1835.

E. qu.
339

Campbell B12 A.I.4.141

# Quatuoꝛ nouiſſima cuꝫ multis exemplis pulcherrimis..

et de terroꝛibus moꝛtis cū eterne bt̄itudinis gloꝛia



Emorare nouiſſima tua ꝛ in eternuꝫ non peccabis Eccleſi. vij. Sicut dicit beatus auguſtin⁹ in libro ſuaꝝ meditationū. Plus vitāda ē ſola peccati feditas. qꝫ quelibet tormētoꝝ immaītas Cū ergo nouiſſiōꝝ noticia ꝛ illoruꝫ frequēs memoria a peccatis nos reuocat. ꝟtutib⁹ nos copulat ꝛ in oī bono opere nos retinet ꝛ cōfirmat Ideo diuina inſpirāte grā de his nouiſſimis. videlicꝫ que ꝛ quot illa ſunt modicū ꝓpoſui dicere ꝛ narrare Nec nō quodlibꝫ ipoꝝ dictꝭ ꝛ auctoritatibꝫ ꝛ exempl' ſingl'ariter ꝛ ꝑ ſe ac ſpecialit' ꝛ ꝑciſe quodammodo declarare Eſt ergo notādū ꝙ quatuor ſunt nouiſſiā cōiter apō ſcōs in numero cōputata.. Sicut patet euidenter ex ꝟbis beati Bernardi in quodā ſermone ſic dicentis In oībus operibꝫ tuis memorare nouiſſima tua. Que quidem q̄tuor ſunt mors. iudiciuꝫ. iehēna ꝛ gloria Quid horribili⁹ morte. quid terribili⁹ iudicio. q̄d intolerabili⁹ iehēna. ꝛ q̄d iocūdius celeſti gloria. Hec bern̄. vbi ſup̄ Iſte ſūt q̄ttuor rote currus aīe vehētes eaꝫ ad eternam ſalutē. Iſta ſunt quattuor īcitamēta īcitantia ſpiritū hoīs. vt ſpretꝭ oībꝫ mūdanis ad ſuū redeat creatorē. Eſt ergo ꝯueniēs ꝛ vtile ꝙ habeant in ꝯtinua recordatione Et ergo d̄t ſapi. eccl'. xxvij. Memēto nouiſſimoꝝ Unde quidaꝫ volens hec nouiſſima frequēter habere pre ocul' ꝛ iugiter ī memoria verſificādo ſic loquit' Bis duo ſunt que corde teneſ ſub pectore miſi. Mors mea iudiciū baratri nox lux paradiſi. Uerꝫ cū total' h⁹ opuſculi ꝓceſſus principaliter ad h̄ conat' īducere. vt nouiſſimoꝝ celebris memoria cordialiter ꝛ intime hūanis cordibꝫ imprimat' Continue ergo videbit' rei cōſonum. vt preſenti huic libellulo nomē cordiale loco ſui tituli ſi placet imponatur

De morte corporali

Rimū igit' nouiſſimoꝝ cui⁹ memoria eſt a peccatis retractiuū eſt mors pn̄s corporal' Unde Bern̄. in ſpeculo monachoruꝫ. Summa philoſophia

eſt meditatio mortꝭ aſſidua
hāc q̄cunqꝫ hō preꝑerit ſecū
portaret. ꝛ ineternū nō pec
cabit Itē Aug⁹ in libro ex//
hortationū. Nihil ſic reuo//
cat a pctis. ſicꝰ frequēs me//
ditatio mortis. Hec eſt enī
illa q̄ facit hoīez ſe hūiliare
oīa ꝯtēnere ꝛ pn̄iam aggre//
di ſiue acceptare.

¶ Quō meditatio mortꝭ fa
cit hoīez ſe humiliare.

Dico ergo ꝙ mortꝭ re
cordatio facit hoīem
ſe hūiliare. Vn̄ Aug⁹ in li.
de verbis dn̄i Agnoſcat hō
ſe mortalē ꝛ frāgat elatiōez
Cetera nr̄a ꝛ bona et mala
incerta ſunt Sola mors eſt
certa Vn̄ quāuis aduētus
ei⁹ hora nobis eſt occulta ꝛ
incerta. Ipa tn̄ ē certiſſima
ꝛ veniēs venit cito ꝛ nō tar
dabit Vn̄ Ecci. xiiij Memor
eſto qm̄ mors n̄ tardat. ſcri
bitꝰ em̄ in thobia Mors ꝑ//
perat fuga nulla patet. mor
tale tributū. Soluere natu
re lege tenetꝰ hō Ad idē dicit
Bernard⁹ in ſermone Mi
ſer hō quare te omi hora nō
diſponis ad mortē Cogita
te iā mortuū quē ſcis de ne
ceſſitate moriturū. Diſting
ue q̄liter oculi tui ꝓtenꝰ i ca
pite. vene tue rūpentur cor
ſcindetur ī dolore Quis er//
go iā nō timebit ꝛ ſe humili
abit cū certiſſime ſcit ſe mo
ritur꜡ ꝛ in terrā reuerſurū.
Nulla em̄ erit pſonarū acce
ptio. ſicut nec fuit vt ſcribitꝰ
ij. Reg. xiiij. Oēs morimur
ꝛ quaſi aque dilabimur ī ter//
ram que nō reuertūtur. Vn̄
in Richardo.. Jure vocata
fuit mors. qꝛ morſus ama//
rus oībus eſt. a q̄ nemo ca//
uere pōt Hic dicitꝰ in libel//
lo de cōtēptu mūdi. Mors
reſecat. mors oēm necat qđ
carne creatꝰ Magnificos ꝓ
mit ꝛ modicos. ꝛ cūctis do
minatꝰ. Nobiliū tenet īperi
um. nullūqꝫ veretꝰ. Tā duci
bus q̄ꝫ principibus cōmu//
nis habetꝰ. Mors iuuenes
rapit atqꝫ ſenes. nulli miſe
retur. Illa fremit. gen⁹ om
ne tremit qđ in orbe mouetꝰ
Illa ferit. caro tota perit de
ſub pede mortis Cōteritur
nec eripitꝰ. vir robore fortis
nil redimit. dū mors ꝑmit
qꝛ federa nunq̄ꝫ. Nec ꝑcuꝫ
nec ſeruicium mors recipit
vnq̄ꝫ. Sꝫ quid pl'a loq̄r. nꝰ
li mors ipia pcit. Nec eua//
det iops nec q̄ marſubia far
cit Certe audio nūc ꝙ mors
ꝑ vltia linea rer. vn̄ ſcribitꝰ i
ꝓpheta. Oia mors tollit Do

ctū cecidiſſe cathonē Atq̧
ipſuꝫ ſocratē ꝓcubuiſſe fe-
runt Ecce qualiter ſcia aut
doctrina nullum ꝓſeruat a
mortis iaculis ⁊ ruina Nā
vt ſcribitur Eccī ſecundo..
Moritur doctus ſimilit̄ et
indoctus Vn̄ Eſaie. xxxiij
dicitur Vbi eſt legis verba
ponderans Vbi eſt doctor
paruulorū Quaſi diceret.
nō ſunt neq̧ viuunt. ſed eo
dem curſu cū alijs trāſierūt
Sed cū ꝯbeta ſolos duos
dictos ante noīat fore mor
te ꝑemptos Dic mihi tu: v-
bi alexander potētiſſimus:
vbi iudas machabeꝰ: ⁊ ſāp
ſon vir fortis virib9: vbi cre
ſis ditiſſimus: vbi abſolon
pulcherrimus: vbi galienꝰ
medicus ⁊ Auicenna eius
ſocius: Vbi ſalomon pru-
dentiſſimꝰ: vbi tulliꝰ: Vbi
ariſtoteles peritiſſimꝰ: vbi
plato: vbi porphiriꝰ: Vbi
doctiſſimus poetaꝝ ꝟgiliꝰ:
Nonne oēs tanq̄ꝫ peregri-
ni ⁊ hoſpites vniꝰ diei velo
ciſſime tranſierūt Vere ſic
Nā vnus ex eis nō remāſit
q2 in vanitate defecerūt di-
es coꝝ. ⁊ anni coꝝ cum feſti
natione Nā vt dicit̄ in pſal
mo In imagine ptranſit ho
mo Nūc eīm fortis ⁊ ſanus

compos per oīa. cras vero
debilis aut lāguidꝰ. feſſuſ-
q̧ in terra. cū dubia ⁊ fragi
lis nobis vita tributa. Nō
etiā ibi clare patet ſcd̄ꝫ phi
loſophū. qui adriano impe
ratori de eſſentia ⁊ ſtatu ho
minis interrogāti ſic rn̄dit
Homo eſt mācipium mor-
tis. hoſpes loci ⁊ viator trā
ſiēs. ſimilis aceruo roſe mi
nus matureatq3 pomo no
uo Ex his faciliter ꝯproba
tur q̄ꝫ fragilis ⁊ labilis ⁊ q̄ꝫ
indurabilis eſt humana vi
ta. nō ſoluꝫ modo paupis.
veꝝ etiā cuiuſlibet quātum
cūq̧ diuitis aut potentis..
Nā cōmune mori. mors nl̄
li parcit honori Mors fera
mors neq̄ꝫ mors nulli par-
cit ⁊ equā Mors ſeruat le-
gē tollit cū paupe regē. Nā
regis ⁊ paupis lex eſt mori
endi cōmunis Dat cām flē
di ſi bn̄ ſcripta legis. Vn-
de Job. xx. ſic ſcribit̄ de di-
uite ⁊ elato. Si aſcenderit
vſq̧ ad celum ſupbia eius.
⁊ caput eiꝰ nubes tetigerit
quaſi ſterquiliniū in fine ꝑ
det̄. ⁊ qui eū viderint dicēt
Vbi eſt: velut ſomniuꝫ euo
lans nō inuenietur trāſijt ſi
cut viſio nocturna. Itē Ba
ruch. iij Vbi ſunt ꝑncipes

gētium ⁊ q̄ dn̄antur ſup be
ſtias q̄ ſunt ſup terrā q̇ in a//
uibus celi ludūt. qui argen
tū thezauriſant ⁊ auꝝ i quo
ꝯfidūt hoīes. ⁊ nō eſt finis
acquiſitionis eoꝝ. qui ar//
gentū fabricāt ⁊ ſolliciti ſūt
nec eſt inuētio opeꝝ illoꝝ
Exterminati enī ſunt ⁊ ad i
feros deſcēderunt ⁊ alij i lo
cum eoꝝ̄dem ſurrexerunt.
Vn̄ pſper in ſuis ſentētijs
ſic ait Ubi ſunt inſuperabi
les oratores: vbi qui ꝯueni
enti⁹ feſta diſponebāt: Ubi
equoꝝ ſplēdidi nutritores:
vbi exercituū duces: vbi ſa
trape ⁊ tyranni: nonne oēs
puluis ⁊ fauille. nōne i pau
cis ꝟſibus eſt eoꝝ memoria
vite: Reſpice ſepulchra ⁊ vi
de. quis ſeruus ⁊ quis dn̄s:
quis pauper ⁊ quis diues
Diſcerne ſi potes victū a re
ge. fortē a debili. ⁊ pulchrū
a deformi Itē dicit Criſoſ.
in li. de repatiōe lapſi Quid
ꝓfuit illis q̇ in luxuria cor//
poris ⁊ in pn̄tis vite volup
tatibꝫ vſqꝫ diē ꝑmanſerunt:
intuere nūc ſepulchra eoꝝ
Vide ſi eſt aliquid iactātie
veſtigiū. ſi aliqua diuitiaꝝ
vel iactātie ſigna cognoue//
ris Reqre vbi nūc veſtes et
ornamēta ꝑegrina: vbi nūc
ſpcāclo ꝝ voluptas: vbi pō
pa ⁊ ſecutoꝝ t̄be ⁊ opulētia:
riſus iocus. īmoderata atqꝫ
irrefrenata leticia. quo ab//
ceſſit: vbi illa nūc ⁊ ipſi. fi//
nē vtroꝝunqꝫ intuere diligē
tius. ⁊ accede ꝓpius ad ſin//
guloꝝ ſepulchra. Vide ſo//
los cineres ⁊ feditates. ꝟmi
uꝫ reliq̄as. ⁊ recordare hūc
corꝑm eoꝝ eē finē. etꝫ ſi i de
licijs ⁊ leticia. etiā ſi in labo
re ⁊ ꝯtinentia trāſegerint h
vitaꝫ Itꝫ Bern̄. in ſuis me
ditationibꝫ ſic inquit. Dic
mihi vbi ſūt amatores mū
di: qui an̄ pauca tp̄a nobiſ//
cuꝫ erāt: nihil ex eis reman//
ſit niſi cineres ⁊ vermes At
tēde diligēter q̄d fuerīt: Ho
mines fuerūt ſicut tu. cōe//
derūt biberūt. riſerūt. duxe
runt in bonis dies ſuos. et
in puncto ad inferna deſcen
derūt Hic caro eoꝝ ꝟmib⁹
⁊ illic aīa eoꝝ̄ ignibꝫ depu
tat̄. donec rurſus īfelici col
legio colligati ſempiternis
inuoluātur incēdijs qui ſo
cij in vicijs ⁊ in peccatꝫ fue
rūt Quid ꝓfuit illis inanis
gloria: breuis leticia. mūdi
potentia. carnis voluptas
falſe diuitie. magna familia ⁊
mala cōcupiſcētia Ubi ri//
ſus: vbi iocus: vbi iactātia:

vbi arrogātia. De tāta leti//
cia quāta tristicia. poſt tan
tā voluptatē tā grauis miſe
ria De exaltatione ceciderīt
in magnā ruinam ⁊ grauia
tormēta Quicq̄d illis acci//
dit tibi accidere pōt. Or hō
es. hō de humo. limꝰ de li//
mo De terra es. de terra vi
uis. ⁊ in terrā reuerterꝭ. De
De his ſupradictis amato
ribus mūdi tā carnalit̄ ⁊ ſe
culariter viuētibꝫ nec mor//
tē metuētibꝫ iā vicinā ſic lo
quit̄ bnardꝰ ad frēs de mō//
te dei O miſerabiles miſeri
q̄s ipe miſerie huius vite ⁊
vie ſeducunt. tu3 in bonis
dies ſuos ducūt. ⁊ in pūcto
ad inferna deſcēdunt Nam
vt d̄r i pſalmo Veniet mors
ſuꝑ illos ⁊ deſcēdant ad īfer
nū viuētes Certe nūc q̄libꝫ
eoꝝ poſſꝫ dicere Circūdede
rūt me dolores mortis. ⁊c̄.
Hi ſunt miſerabiles miſeri
q̄s vita pn̄s h̄ ſeducit De q̄
bꝫ d̄r Jo. xxi.. Impij viuūt
ſubleuati. ꝯfortatiq3 diuiti
is. ſemē eoꝝ ꝑmanet coram
eis. ꝓpinquoꝝ turba ⁊ nepo
tū in ꝯſpectu eoꝝ Domꝰ eo
rū ſecure ſūt ⁊ pace. ⁊ nō eſt
v̄ga dei ſuꝑ illos Bos eorū
ꝯcepit ⁊ nō abortiuit. vac//
ca pe꜔it ⁊ n̄ ē ꝑuata fetu ſuo

exultāt luſibꝫ. tenēt tīpanū
⁊ citharā ⁊ ī pūcto ad īferna
deſcēdūt O q̄3 male fecūdat̄
q̄3 ſtl̄te ludificat̄ Qui ꝑpt̄ flo
rē mūdi vanūq3 d̄ corē Qui
ꝑus apparet q̄ſi flos ⁊ ꝑtinꝰ
aret Vadit ad infernū ꝑdit
dyadema ſuꝑnū. Mallet ꝑ
terite q̄ in oī tꝑe vite Pauꝑ
vixiſſet nec diuitias hūiſſet
nec īmerito. na3 q̄d tūc the
zauri: q̄d acerꝰ ꝑderit au//
ri Cū pccōres mittūtur ad
inferiores Inferni latebras
ignē ꝑit q3 tēbras Sꝑ paſſu
ri nec ab his vnq̄3 redituri.
Chariſſime q̄d dicis de di//
uitibꝫ huiꝰ ſcl̄i. nōne mori
ūtur ſicꝭ ceteri. veriſſime in
nl̄lo videt̄ ꝑuilegiati Sap̄
vij. Vnꝰ ē introitꝰ oībꝫ ad
vitā ⁊ ſil̄is exitus Job. xxi.
Iſte moritur robuſtus ⁊ ſa
nus ⁊ diues ⁊ felix. viſcera
eius plena ſunt adipe ⁊ me
dullis oſſa irrigātur Alius
vero moritur in amaritudi
ne aīe ſue abſq3 vllis opibꝫ.
⁊ tn̄ ſil̄ ī puluere dormiēt ⁊
v̄mes opiēt eos Ecce q̄lit̄ di
uites mūdi ⁊ potētes mor//
tē cōe3 ſortiūt̄ cū pauꝑibus
Ecci. x. oīs potētatꝰ breuis
vita. rex ē hodie ⁊ cras mo//
rit̄. De tali rege legitur ſine
dubio. i. Macha. ij. gl̄a eiꝰ

ſtercus ⁊ ꝟmis. hodie extol
litur ⁊ cras nõ inuenieť. Ex
emplũ eñ accipe de excellẽ
tiſſimo mũdi principe. viz
Alexãdro magno q̃ vniuer
ſum mũdũ ſibi ſubiugauit
ſic ꝙ totius ſeculi ſolꝰ dñs
putabatur. Vñ legiť de iõo
Magnꝰ alexander quo pri
mũ grecia rege floruit e ter
ris mſta trophea tulit. Hic
mũdi pagrãs ⁊ fines ſibi ſub
iugat orbez. Tota terra mi
nor viribꝫ eius erat. Itez in
alio loco ſic de eo ſcribitur.
Omnia rex regũ ſibi ſubdi
ta regna videbat. Fecit euz
fame ſonꝰ ⁊ fortune monar
chã. Totus alexandro fãu
letur ſubditꝰ orbis. Mag
nus ⁊ ĩ magno domineť ma
ximus orbe. Sed poſt mun
di triũphuz. poſt vniuerſa
le ⁊ vnicũ totiꝰ mũdi adep
tũ imperiũ quid magni ſeq̃
bať. Nũquid regni ſtabili
tas aut potẽtie ꝑpetuitas?
nũquid corꝑis ĩcolumitas
aut pñtis vite longeuitas?
Certe nequaq̃. ſed illud cõ
mune oĩbus. Vltimus ad
mortẽ poſt oĩa fata recurſꝰ.
Nũc bene potuit dicere Al
lexãder in hora mortis ſue
Illud iob. Ecce ego quõdã
opulentus repẽte cõtritꝰ ſũ.

Nam ſolũmõ ꝑ duodecim
annos ⁊ nõ amplius impe
rauit. Sic eñ ſcribit de iõo
petrus in aurora. Bis ſenis
dñans annis morti vir obe
dit. Cuius viuit adhuc neſ
cia fama mori. Similiter d̃
morte cõquerẽdo potuit di
cere illud Ioan. xix. Spoli
auit me glĩa mea ⁊ abſtulit
coronam de capite meo. de
ſtruxit me vndiq̃ ⁊ pereo..
Ecce chariſſime iã manife
ſte patet. licet oĩa ceſar ha
bet. tñ glĩa ceſaris eẽ d̃ſinit
ei tumulus vixerit octo pe
dũ. Ex quo apparet euidẽter
ꝙ regia maieſtas oĩs terre
na ptãs. Proſperitas rerũ
ſeries longinqua dierꝫ. Pre
terit abſq̃ mora mortis cũ
venerit hora. Vñ dicit aliꝰ
poeta.. Es ſapiens marcet
ſapĩa more redũdãs. Diui
tie lapſu mobiliore fluunt.
Es ꝓbus. expirat ꝓbitas.
es honeſtus honeſtas La
bitur es fortis fortia morte
cadũt. Sane iã video ꝙ ſin
gula de nobis anni furãtur
eũtes. Et ergo. Si fueris di
ues. pulcher. fortiſve. q̃d i
de. Si dñs mundi. ſi rex. ſi
papa. Quid inde? Tã cito ꝑ
tereũt h oĩa ꝙ nihil inde. So
la manẽt merita q̃ glĩfica

bimur inde vñ yſidorꝰ i q//
daȝ omelia ſic dīc.Dilectiſſi
mi pēſare dēmus ꝙ breuis
ē mūdi felicitas.ꝙ modica
eſt huiꝰ ſcli glā.ꝙ caduca ꝛ
fragilis eſt tꝑalis potentia
Dicat ꝗ poterit vbi ſunt re
ges:vbi ꝑncipes:vbi iꝑato
res.vbi reꝝ locupletes vbi
potētes ſcli:vbi diuites hu
ius mūdi:q̄ſi vmbra trāſie
rūt.et velut ſomniū euanu
erūt.q̄runtur ꝛ nō ſunt.ꝗd
dicemꝰ ad hec:Reges obie
rūt.ꝛ ꝑncipes mortui ſunt.
Multi tñ putāt ſe diu viue
re.ꝛ q̄ſi nunꝙ morte cadere
de pñti vita.Certe nō ſic i//
pij ñ ſic Vos āt ſicut hoīes
moriemī.ꝛ ſicut vnꝰ de ꝑn
cipibꝫ cadetis. Nā vt dīc ſe
neca ad lucillū Huiꝰ eminē
tis vite cadere ē exitus Vñ
ſcribit in gheta.Oīa mors
delet.oīa morte cadūt Vni
uerſas ei felicitates hoīnuȝ
mors terminat ꝛ concludit
Nā cum ꝑdicaueris fidem
abrahe.pietatē ioſeph.cha
ritatē moyſi.fortitudinē ſā
pſōis.zelū phinees.dauid
māſuetudinē Helezei mira
cula Salomōis diuitias ꝛ
prudētiam.abſolonis pul//
chritudinē ꝛ formā.ſp extre
ma oīm luctꝰ occupat.finē
ꝙ hiſtorie finis hoīs impo
nit.vnaq̄ꝙ ꝯcluſio ſinglo//
rū viȝ ꝛ mortuꝰ ē Ecce iam
pȝ maifeſtiſſie ꝑ ꝑdcā ꝙ for
ma genꝰ.mores.ſapia:res
ꝛ hōres ñ retinēt hoīeȝ qui
ruit ī cinerē Nā oē qd ē gei//
tuȝ tēdit ad interitū.Hic ē
qd Ouidiꝰ dīc Orꝰ cuncta
ſuos repetūt mrēȝ ꝙ reqrūt
Et redit ī nihilū qd fuit āte
nihil.Silit ego miſerrimꝰ
q̄ſi ad nihilū redactꝰ ſū ꝛ ne
ſciui Nā dies mei ſicut vm
bra ꝛc.Hō ſicut fenuȝ dies
eꝰ ſic flos.ſic efflorebit Qm̄
ſpūs ꝑtrāſibit in illo.ꝛ non
ſubſiſtet.ꝛ nō ꝯgnoſcet am
pliꝰ locū ſuū.Ecce iā ꝯſide
ra ꝙ homo eſt res fragilis.
durās tꝑe ꝑuo.Efficit ſilis
flori ꝗ creſcit ī aruo.vñ yſa
ie.xl.oīs caro fenū ꝛ oīs glā
eꝰ q̄ſi flos agri Vere fenū ē
ꝑpl's.exſiccatū ē fenū ꝛ ceci//
dit flos.Et ğ cur ſupbit hō
ꝗ ē ſicꝫ fenū tectoꝝ qd ꝑuſꝙ
euellatur exaruit.vñ ſcribi
tur ī thobia Eſt hō vas lu//
teum Vas lamentabile.fe
num aridum.fragilis gle//
bula.ſaccus olens Carnis
vita.labor carnis.Concep
tio.tabes mēſtrua.Putre//
do finis.origo luctꝰ Sper
ma prius.Modo ſaccus..

olens Poſt vermibꝫ eſca in
tumulo. Pro q̃ dote ſupbit
hõ Item Bernardꝰ ĩ libro
meditatõnũ. Unde ſupbit
hõ cuiꝰ cõceptio culpa Na
ſci pena. labor vita. neceſſe
mori Poſt hominẽ vermis
pꝰ v̄mẽ fetor ⁊ horror. Sic
in non hominem vertit̃ om
nis homo Attende ergo p̃n
cipium vite tue. ⁊ mediũ et
finẽ ſiue terminũ. ⁊ inueni/
es magnaꝫ occaſionẽ te hu
miliãdi. Quid cogitas. q̇d
dicis. ⁊ quid temetip̃ꝫ fac
Nonne puluis es et terra?
Scriptũ eſt em̃ eccleſi. xij.
Reuertat̃ p[illegible]uis in terram
ſuam vnde erat. In terram
viliſſimam in terram putri
dam vermibꝫ repletã Job.
xvij. Putredini dixi pr̃ me
us es: Mater mea ⁊ ſoror
mea vermibꝫ Itꝫ eccľe. xvij
Oĩs hõ terra ⁊ cinis. Et ge
neſ. iij Reuerteris in terram
de qua ſumptus es. qr pul
uis es ⁊ in puluereꝫ reuerte
ris Et ideꝫ ſicut ammouet
alanus Eſto memor q̄ pul
uis eris ⁊ uermibꝫ eſca In
gelida putreus quãdo iace
bis humo Nõ erit in mun
do qui te velit vltra videre
Cum tua rancidior ſit caro
rupta cane Unde bern̄. q̇d
fetidius humano cadauere
quid horribiliꝰ mortuo ho
mine cuius erat in vita gra
tiſſimꝰ amplexꝰ fit ĩ morte
horribiliſſiꝰ aſpectꝰ Quid
ergo pſũt diuitie q̇d delicie
quid honores diuitie non
liberant a morte nec delicie
a vermibus nec honores a
fetore. O deus eterne q̃ꝫ mi
ſera ſorte claudit̃ oĩs homo
Certe tu chariſſĩe ſi p̃dicta
diligẽt̃ attẽderes maximaꝫ
humiliationis cãm procul
dubio inuenires Itꝫ q̄ mor
tis meõria hoĩeꝫ hũiliat pꝫ
iij. regũ. xxi. de achab. q̇ au
dita cõminatiõe mortꝫ ſibi
facta ab helia ĩterim humi
liatus eſt ſic q̄ dñs dixit ad
heliam. nõne vides achab
humiliatũ corã me. Legit̃
q̄ in romana curia quõdaꝫ
fieri ſolebat ⁊ ad huc fit ſuo
tempeq̄ creato papa appor
tabatur corã eo ſtuppa. q̃ in
cenſa dicebat̃ ſibi ſub hac
forma Sic trãſit gľia mun
di. hoc ẽ. ſicut ignis ſtuppã
velocit̃ ⁊ cito redigit fauil/
lã ſic oĩs mũdi gľa cito labi
tur ⁊ preterit quaſi vmbra
Narrat etiã yſidorꝰ ꝯſuetu
dinẽ antiq̇tus fuiſſe. q̄ pri/
ma die corouationis impa

toris Constantinopolitani
cũ esset in gl'a sua. lathomꝰ
quidam apportauit ei tria l'
quattuor genera lapidũ di
cẽs ei ꝙ eligeret de quo vel
let sibi fieri monumẽtum.
Item legitur de beato ioan
ne elemosinario patriarcha
alexandrino ꝙ dum sepul
chꝝ eius fieret nõdũ voluit
pfici. ordinãs ꝙ in magnis
festiuitatibꝫ cũ honore suo
aliquis veniret ad eum ita
dicẽs Dñe sepulchꝝ tuũ im
pfectũ ẽ iube illud pfici. qr
nescis qua hora fur ẽ aduẽ-
turꝰ Et quare fiebãt ista de
papa imptore ꝛ patriarcha
qr oẽs erant status excellen
tissimi huiꝰ mũdi nisi vt se-
metipsos recognoscerẽt ho
mines mortales Et spelon
gioris vite aut magnanimi
tate potẽtie seu terrene glo
rie supbiẽdo se non extolle-
rent Sꝫ mortis memoriaꝫ
pre oculis habendo se ĩ om
nibꝫ humiliarẽt Vñ pphe
tam dr in psalmo Sciãt gẽ
tes quoniã hoĩes sunt ĩquã
id ẽ de humo seu de limo p-
creati. ꝛ ideo necessario mo
riũtur. Vnde eccl'asti. xli.
Omnia que de terra sunt ĩ
terram ꝯuertẽtur. de quoꝝ
numero oĩs homo deputat̃
Vñ pheta Hieremias dt
Terra. terra. terra: audi ser
mones meos Terrã vocat
hoĩem ter. Est eñ terra. qr
de terra creatur. in terra cõ
uersat̃. ꝛ ĩ terrã redit ꝛ mu-
tat̃. Terra est creatione. cõ
uersatione ꝛ morte. Ter-
ra ẽ natura. vita ꝛ sepultu-
ra. Terrã sapit. terram lin-
git. terram sitit ꝛ ꝯcupiscit
Conglutinatus est in terra
venter eius. dñdit ad inferi
ora terre. Celestiũ oblitus
pro terra litigat. p terra pu
gnat. p terra mare nauigat
p terra terrã circuit ꝛ pãbu
lat. ꝛ sepius pro terra nunc
huc nunc illuc hõ miserabi
lis anxius laborat. nec a ta
libus cessat. donec q̃ de ter
ra sumptus est reuertitur ĩ
materiã primam: videlicet
terrã. dicens illud. iij. regũ
ij. Ecce ingredior viam vni
uerse terre. Et ideo cum fex
cũ limus cum res vilissima
simus. Vñ superbimus. q̃
ad terrã terra redimus

Quod meditatio mortꝭ
facit hoĩez oĩa ꝯtemnere

Facit etiã ſcd̃o mort̃ meõria hoiem om̃ia cõtẽnere ⁊ tãq̃ nihilũ ſe reputare Hiero. in ꝓlogo ſuo ſic inq̇t. Facile ↄtẽnit oĩa. q̇ ſe ſꝑ cogitat moriturũ Nã ↄcupiſcẽtia oculorũ ↄtemnit᷑. qñ aliq̇s cogitat ſe breuiter oĩa relicturũ Cõcupiſcẽtia carnis ↄtemnitur. dũmõ q̇s ↄſiderat ꝙ corp⁹ ſuũ ꝓpriũ q̃ſi in inſtãtia erit cibꝰ ṽmiũ Supbia vite deſpicit᷑. dũ q̇s hoc cor de põderat. ꝙ ille q̇ vult eẽ ſuꝑ alios. ponet᷑ i terra ſubtus pedes oĩm q̃ eſt infimũ elemẽtoꝝ Et iõ d̾t idẽ Hiero. in epl̃a ad ciprianũ Memẽto mort̃ tue ⁊ nõ peccabis Qui quotidie recordat᷑ ſe morituꝝ. cõtemnit pñtia feſtinãs ad futura. Eſau ãt ↄſiderãs ſibi mortẽ iminere faciliter ↄtẽpſit terrena.. vñ Geñ. xxv En morior q̇d mihi ꝓderũt pmogenita?. yſidor⁹ aduertẽs pñt̃ vite breuitatẽ. ⁊ ꝙ ea q̃ vidẽtur hic poſſideri q̃ſi iſtatiſſime viꝫ in morte relinquẽda ſit̃. ad illoꝝ exhortãs ↄtemtuꝫ ſic inquiẽs ait Si vis eẽ q̇etus nihil ſcl̃i appetas. Sẽper recq̇ꝫ mẽtis hẽbis. ſi curas ſcl̃i a te ꝓieceris. abijce a te q̇cquid bonũ ꝓpoſitum poterit ipedire Eſto mortuus mũdo ⁊ mũd⁹ tibi Mũdi gl̃iam quaſi mortu⁹ non aſpicias. ab affectu hui⁹ vite q̃ſi mortu⁹ te iam ſepara Sicut ſepult⁹ nõ hẽas curã de ſcl̃o Tanq̃ defũct⁹ ab oĩ te purga negocio. viuẽs ↄtemne q̇d poſt mortẽ ñ poteris hr̃e Vñ ait ſeneca Nihil eque tibi ꝓficiet ad tꝑantiaꝫ oĩm reꝝ tꝑaliuꝫ ⁊ ↄtemtum ſicut breuis eui ⁊ hui⁹ tꝑis incerti meditatio Igit᷑ dilecte mi dũ viuis memori mente memẽto mori Vñ legit᷑ in libello de dono tĩoris ꝙ q̇dã magne litterature in phĩa dat⁹ mũdi vanitatibꝰ audiens ſemel legi in matutinis de lõga vita patrũ antiquoꝝ ⁊ ꝙ ſꝑ dicebatur in fine ad q̇lꝫ eoruꝫ ⁊ mortu⁹ eſt Geñ. v.. Cogitauit ꝙ ſibi etiã taliter eueniret quãtũcq̃ tꝑis viueret ſuper terrã. ⁊ ex hoc ↄcipiens mũdi ↄtemptũ intrauit ordinẽ pdicatoꝝ. in quo fcũs ẽ perit⁹ mgr̃ in theologia ⁊ vir eximie ſcitatis. O q̃ bene hũit p ocul' ṽba eccl'. xi.. ſic dicẽtis Si ãnis multis vixerit hõ. ⁊ in oĩbꝰ his letatus fuerit. memiſſe dꝫ tene

broſi tpis ꝛ dieꝝ multoꝛuꝫ.
que cū venerit vanitatꝭ ar//
guentur pꝛeterita. Vere in
die moꝛtꝭ patet vanitas et
vanitatuꝫ vanitas. ꝛ ꝙ oīa
fuerīt vana. vñ ſcribit̄ Eccī
iij Cūcta ſubiacēt vanitati
et ſic eſt reuera. vana ſūt oīa
vniuerſa ꝛ ſinglā Vanitas
ē vita nr̄a ꝛ quelibꝫ mundi
creatura. Nā vt dicit̄ ī pſal
mo vniuerſa vaītas omnis
hō viuens Tu āt eſtīas diu
viuere. ꝛ hec temporalia an
nis plurimis ī delicijs poſ
ſidere. Chariſſimi non ſic.
Homo vanitati ſilīs factꝰ
ē dies eꝰ ſicut vmbra p̄teri
ūt. Ecce iam vides ꝙ dies
tui erīt pauci ꝛ epiſcopatuꝫ
tuū accipiet alter. Et ideo
Tempa longa tibi noli pꝛo
mittere vite Quocūqꝫ igre
deris ſeqt̄ moꝛs corpis vm
braꝫ Ideo ſi bene inſpexerꝭ
te ꝛ v̄ba tibi dicta. acerꝭ pꝰ
modū dicenda coꝛdis auri
bꝰ diligēter pceperꝭ. potius
deberes dicere. vado moꝛi
credēs p longū viuere tem//
pus. Foꝛte dies hec eſt vlti
ma vado moꝛi. Tibi em̄ dꝛ
Luce. xij. Stulte hac noc
te demones repetēt aīaꝫ tu
am a te. Que āt paraſti. cu//
ius erunt? Ergo vade moꝛi

vade certus qꝛ velox eſt de
poſitio tabernaculi tui!. vt
ſcribit̄ ſecūda. Petri p̄mo.
Et cogita iam te moꝛtuum
quē ſcis de neceſſitate etiaꝫ
poſt quantoſlibet annos p
culdubio moꝛituꝝ. Ac ꝯtē
ne trāſitoꝛia q̄ ſtatī ꝛ abſqꝫ
moꝛa (qꝫuis inuite) erīt reli
quēda. Unde poeta refert
Pꝛedia terraꝝ. poſſeſſio di
uitiaꝝ. Fabꝛica muroꝝ grā
dis ſtructura domoꝝ. Glo
ria menſaꝝ. cū delicijs epu
laꝝ. In ſigneſqꝫ thoꝛi map
pe ciphiqꝫ decoꝛi. Reſplen
dens veſtis que moꝛibꝰ ob
ſtat honeſtis Grex armētoꝝ
ſpacioſū cultus agroꝝ Fer
tile vinetum diuerſa vite re
pletuꝫ Gaudia natoꝝ. dile
ctio dulcis eoꝝ Cuncta relī
quent̄. nec poſt hec inueniē
tur Ex his iam vide ꝛ ꝯſide
ra ꝙ nihil ſtabile ſeu pma//
nēs ē in p̄ſenti vita. Vñ dꝛ
eccī. ij. Magificaui opera
mea edificaui mihi domos
Plantaui vineas. Feci oꝛ//
tos ꝛ pomeria. ꝯſeui ea cū
cti generꝭ arboꝛibꝰ ꝛ extruxi
mihi piſcinas aquaꝝ vt ir
rigareꝫ ſiluas lignoꝝ germi
nātiū. poſſedi ſeruos ꝛ āccil
las. multāqꝫ familiā habui
Armēta q̄qꝫ ꝛ multos ouiū

greges vltra oēs q̄ ante me fuerunt in hieruſalē coacervaui mihi argētū ꝛ aurū et ſubſtātias regum. ac ꝓuinciaꝝ. feci mihi cantatores et cātarices. ac delicias filioꝝ hominū. Ciphos ꝛ vrceos ad vina in miniſterio fūdēda ꝛ ſupgreſſus ſum opibꝫ oēs q̄ fuerūt an̄ me in hieruſalez Sapientia quoqꝫ pſeuerauit mecū. ꝛ oīa que deſiderauerunt oculi mei non negaui eis. nec ꝓhibui cor meuz quin frueretur voluptate ꝛ oblectaret ſe in his q̄ parauerā Cunqꝫ vertiſſē me ad vniuerſa opa que fecerant manus mee. ꝛ ad labores in q̄bꝫ fruſtra ſudaueram vidi in oībꝫ operibꝫ vanitatem afflictionē animi et nihil pmanere ſub ſole. Vere nihil pmanet. oīa em̄ tranſeūt ꝛ labūt̄ q̄ſi vmbra vnde Joannes de garlādia Qđ fuit eſt ꝛ erit perit articulo breuis hore. Ergo q̄d prodeſt eſſe fuiſſe fore: Eſſe fuiſſe fore tria ſūt florida ſn̄ flore Nā ſimul oē perit qđ fuit eſt ꝛ erit Mundꝰ enim tranſit ꝛ ɔcupiſcētia eiꝰ Et ideo Qđ breuiter durat q̄s prudens querere curat. vn̄ Bernardꝰ in libro meditationū ſic ait Quid theſauriſat quis in terra. cuz ſine dilatione tranſeat ꝛ illud qđ colligit̄. ꝛ ille q̄ colligit. Tu ergo homo quē fructū expectas in mūdo. cuius fructꝰ eſt ruina ꝛ finis mors. Utinā hec intelligeres ꝛ nouiſſima ꝓuideres Jtez petrus bleſenſis in quadā epiſtola ſic dicit Gl'a mūdi fallax et seductoria ſuos decipit amatores Quicquid em̄ vel futuꝝ ꝓmittit vel in pn̄ti p̄uidet. totum ad nihiluz deuenit. tāq̄ aqua decurrens Ergo inſpice q̄ fragilis. q̄ fallax. q̄ inanis ſit mundꝰ et illiꝰ gloria quā cupimus Et igit̄ o ſtultiſſime Cur cito nō ſpernis que p̄teriūtia cernis. nonne vides mūdū miſeꝝ nimis ꝛ furibunduz Sub gladio dire mortꝭ lāguēdo perire

¶ Qđ mors facit hominē pn̄iaz acceptare

Juxta ordinem p̄miſſoꝝ nūc reſtat diligēter inueſtigare qualit̄ mortis memoria facit hominez pn̄iaz aggredi ſiue acceptare Jſtud clare patet. ione iij de niniuitis q̄ ad cōmunicationē mortꝭ pn̄iaz peregerūt. luce iij. Facite dignos

fructus penitētie Et ſubdit
Securis ad radicez arboꝛꝫ
poſita ē qđ ē ꝯmiatio moꝛtꝫ
Cū occideret eos q̄rebant
eū ꝛ reuertabāt.ſ. ad pnitē
tiaz Ambroſiꝰ ſuꝑ lucā Ve
mihi ſi peccata mea non de
fleuero. ve mihi. ſi media
nocte nō ſurrexero ad ꝯfitē
dū tibi dn̄e Ve mihi ſi dolū
ꝓximo meo fecero. ve mihi
ſi veritatē non dixero Ad ra
dicem arboꝛis ſecuris poſi
ta ē. faciat q̇ p̄t fructꝰ grē
q̇ debꝫ penitētie Adeſt dn̄s
et q̇ req̇rit fructū vite. Job
etiā ꝯſiderās bꝛeuitatē pꝛe
ſentꝫ vite. potius elegit hic
qꝫ poſtmodū inutiliter ſine
fructu penitere Unde dicit̄
iob decimo. Paucitas die
rum meoꝝ finiet̄ bꝛeui. di//
mitte me ḡ vt plāgaz paulu
luz doloꝛē meū an̄qꝫ vadaz
et non ruertar ad terrā tene
bꝛoſā ꝛ opꝫtā moꝛtis caligīe
Uere tempꝰ pn̄s ē bꝛeuiſſi
mū Nā vt dicitur iob xiiij
Bꝛeues dies hoīs ſunt Itē
ꝑma ad Choꝛiteos vij. Tē
pus bꝛeue ē ꝛ ideo eſſꝫ meli
us minimo bꝛeuiter ꝛ leuit̄
ſuſtinere modicū. qꝫ poſtea
dolere ꝛ inutiliter penitere
ꝑ infinita ſcl'a ſcl'oꝝ. vn̄ dꝛ
Auguſtinꝰ in libro de decē
coꝛdis. Melioꝛ eſt modica
amaritudo ī faucibꝫ qꝫ toꝛ//
mētū etnum ī viſceribꝫ. De
bꝛeuitate pn̄tis vite idē dꝛ
in ſermone Uita hoīs tota
bꝛeuis ē ab īfantia vſqꝫ ad
decrepitā ſenectutē Adam
em̄ ſi adhuc viueret ꝛ hodie
moꝛiet̄. quid ei lōgitudo vi
te ꝑfuiſſꝫ. certe modicū vel
nihil. imo poſſꝫ dicere Jaꝫ
mihi p̄terite fluxer̄t tꝑa vi//
te vn̄. Quid ꝓdeſt homini
ſi viuat ſcl'a cētuꝫ. Cū mo//
ritur vitā trāſiſſe putat q̄ſi
vētū vn̄ Auguſtinꝰ ſuꝑ pſal
teriū Si toto tꝑe illo viue//
res ex quo adā emiſſus ē de
paradyſo vſꝫ ad hodiernuꝫ
diem. certe videres vitā tu
am nō fuiſſe diuturnā. q̄ ſic
auolaſſꝫ Uita aūt vniuſcu
iuſqꝫ hoīs qꝫta ē adde tātos
libꝫ ānos. duc lōgiſſimā ſe//
nectutē Quid erit. nōne q̄ſi
auroꝛa matutīa: vn̄ Fragili
oꝛes ſumꝰ qꝫ ſi vitrei eſſemꝰ
Uitꝝ ꝛ ſi fragile ē. tn̄ bn̄ ſer
uatū ꝛ cuſtoditū diu durat
vita āt hūana qꝫtūcūqꝫ ſer//
uet̄ durare nō p̄t Hebꝛe. ix
Statutū ē oībꝫ homībꝫ ſe//
mel moꝛi vn̄ Seneca Uita
nrā perigrinatio ē. cū diu ā
bulaueris deniqꝫ redeun//
dum ē Hanc moꝛtis neceſ

ſitatē ⁊ humane vite breui
tatē ꝯſiderabat gentilis il-
le xerxes. De q̄ beatus Hie
roꝰ ſcribens in epl'a ad heli
odoꝝ ſic inq̄t Xerxes ille po
tētiſſiꝰ rex q̄ ſubuertit mon
tes. mariaq; ꝯſtrauit. cū de
ſublimi loco cernerz infini
tā multitudinē ſui exercitꝰ.
ḋr eo fleuiſſe ꝙ nullus eorū
quos cernebat ſupuiueret
poſt centū annos. In hūa-
nis valde nccāriuz ē huma
nā vitā non eſſe longeuam.
Nā ſicut barlaam refert. ip
ſa cuidaz arbori ꝯparatur. ad
cuiꝰ radices ſedēt duo mu
res. vnus albꝰ. nigerq; reli
quus. i. dies ⁊ nox huiꝰ ar-
boris vite radices inceſſa-
bilit̄ corrodentes. Itez Au
guſtiꝰ in originali tractans
illḋ. Iacobi. iiij. Que ē nrā
vita? Vapor ad modicū pa
rens deinceps terminat̄. ſic
ḋt. Vita hec eſt vita dubia
vita ceca ⁊ vita erumnoſa:
quā humores tumidāt. do
lores extenuāt. ardores de
ſiccāt. aera morbitāt. eſce ī
fluāt. ieiunia macerāt. ioci
ſoluūt. triſticie ꝯſumūt. ſol
licitudo coartat. ſecuritas
ebetat. diuitie iactāt. paup
tas deijcit. iuuētus extollit
ſenectꝰ incuruat. īfirmitas
frāgit. meror deꝑmit. ⁊ poſt
hec oīa mors īterimit ⁊ vni
uerſis gaudijs ſituz īponit
ita vt cū eē deſierit. nec fuiſ
ſe putet̄. Vñ Sap. ij. Exi
guū ⁊ cū tedio ē tps vite nrē
Ex nihilo nati ſumꝰ ⁊ poſt
erimꝰ q̄ſi nihil fuimus. Et
ibidez. Umbra trāſiens eſt
tps nrm̄. Itē ſap. ꝑmo Trā
ſiet vita nrā tanq̄ʒ veſtigiuz
nubis ⁊ ſicut nebula diſſol
uet̄ q̄ fugata ē a radijs ſolis
et a calore eiꝰ aggūata Iob
xvi. Ecce breues āni trāſie
rūt ⁊ ſemitā ꝑ quā nō reuer
tar: ābulabo. Eiuſdē. ix. Di
es mei velociores fuer̄t cur
ſore. ꝑtereūt q̄ſi naues pōa
portātes. ⁊ ſicut aq̄la volāſ
ad eſcā. Eiuſdez. vij. Dies
mei velociores trāſier̄t. q̄ʒ a
texente tela ſuccidit̄ ⁊ ꝯſum
pſi abſq; vlla ſpe Memēto
mei ḋs q2 ventꝰ ē vita mea
⁊ nō reuertat̄ oculus meus
vt videat bona. nec aſpici-
at me vltra viſus hoīs. vn̄.
Tela texentꝭ citiꝰ tua vita
ſecat̄. Nā nullo trāſire die l'
nocte morat̄. Dḋ ſilijs vēto
fuerat tua vita memento. q̄
fugit abſq; mora q̄ ſola trā-
ſit in hora.. Ecce q̄ʒ breuis
eſt hec pñs nrā vita. Unde
Eccleſiaſtici. xviij. Nu-

merus dierũ hoim. vt mltũ centũ anni. Sed iſte nũer⁹ per ſucceſſus tpm eſt modi cũ minoratus Vñ etiam in pſalmo dicitur Dies anno rũ nroꝝ ſeptuaginta anni. Si aũt in potẽtatibus oc/ tuaginta anni. ãplius eorũ labor ꝛ dolor. Sꝫ quid ẽ ħ tẽpus octuaginta annoruꝫ vel centũ annoꝝ ꝑ quod ho mo viuit. eſt hoc tẽpus ma gnũ: eſt hoc longũ annoruꝫ ſpaciũ reputãdũ. Certe nõ ſed reſpcũ eternitatis poti⁹ eſt momẽtuꝫ ꝙ tẽp⁹ noĩan dũ Cũ etiaꝫ mille anni ſint añ oculos dñi. ſicut dies he ſterna que preterijt. ꝛ trãſit velut vmbra Vere ꝟe hec ẽ vita breuis. lubrica pena dolor Itẽ nõ ſolum põderã da eſt pñtis vite breuitas. ſed etiã maxima incertitu/ do Cũ dubia incertis verſe tur vita periculis Neſci/ mus eñ diẽ neqꝫ horã Sed cuꝫ dixerit pax ꝛ ſecuritas. tũc repentin⁹ ſuperueĩet in terit⁹. ꝛ forſitan fur ille ẽ ho die aduẽturus. Vñ poeta. ꝗs ſcit adhuc an nos pl'es ꝯplebim⁹ ãnos. Neſcis an cras te mors ſit raptura vł ante. Et ğ dr yſaie. xxxviij. Diſpone domui tue. qꝛ mo

rieris tu ꝛ non viues Et ibi dem. Preciſa eſt velut a tex ente vita mea. dũ adhuc or direr ſuccidit me Nã dũ pri mo incepi viuere. in eodem tpe etiam incepi morti apꝓ pinquare Unde Sapi. v. Nos ſtatim nati continuo deſinim⁹ eẽ Hic. Seneca ĩ epł'a Cotidie morimur. nã ꝗtidie demiťaliꝗ ꝑs vite. ꝛ ſic ꝗd alid ẽ vita nrã ꝙ ꝗdã curſus ſiue trãſit⁹ Vñ non ĩmerito ꝯpaŕ horologio qđ ğdatĩ ſꝑ trãſit ꝛ vſqꝫ ad cer/ tũ punctũ ꝯtinuo diſcurrit ꝛ tũc ſubito ac impulſe ca/ dit. ac campanellas tãgit ꝛ eas ſonitũ facere compellit Sic in ꝟitate vita nrã ſꝑ/ labiŕ ꝛ fluit vſqꝫ ad certum pũctuꝫ. hoc ẽ ad vite termĩ nũ a deo prẽſtatutũ ꝛ p̃fixũ quem nemo poterit p̃terire Tũc eñ deficit ꝛ cadit ꝛ cã panellas realiter ꝛ ad lrãm ſeſe pulſari ꝛ ſonare facit. Igiŕ euigila ꝛ pruđẽter ex/ pecta curſuꝫ vite tue Nam horologiũ tuũ ğdus pauciſ ſimos hꝫ ꝑtrãſire Dĩ eñ ho ra plures grad⁹ p̃terit ꝛ tra ſcẽdit. ꝛ ſtatĩ cũ ad vltimuꝫ ꝑuenerit. in baratruꝫ mortꝭ ſubito dilabiŕ ꝛ cadit Audi ğ quid poeta de hoc refert.

Vita breuis velut vmbra
leuis fugit annihilatur
Sic vadit ſubitoq̧ cadit..
dum ſtare putatur.
¶ Media nāq̧ vita in mor
te ſum⁹ Et ergo dicit̃ de h.
Ecci. ix. Neſcit hō finē ſu⸗
um. ſed ſicut piſces capiun
tur hamo. ꝛ ſicut aues com
ꝓhendūtur laqueo. ſic etiā
capiūtur hoies in tpe malo
Ecce iā venit finis. finis ve
nit. nā mors vite eſt vltim⁹
finis. Hic eſt finis cūctorū
hoim ꝗ āmonetur in domo
luct⁹. vt hētur Ecci. vij. vñ
dr i libello metrico de vita
ꝛ geſtis ipſius alexādri ma⸗
gni. O felix mortale gen⁹ ſi
ſp hēret Etnū p mēte bonū
finēq̧ timeret. Qui tā nobi
lib medio q̄ꝫ plebe creatus
Impulſus adeſt aīe diſcri⸗
mine magno Ecce iā frater
chariſſime Vita qd ē hois!
niſi res vallata ruinis. Eſt
caro nrā cinis mō pricipiū
mō finis Hinc ē ꝙ Bernar
d⁹ dicit Cū recordor ꝙ ſuꝫ
cinis. ꝛ ꝙ cito venit finis..
ſine fine ꝑtimeſco. ꝛ vt cinis
refrigeſco. et qꝛ ſcḋm Grego.
valde ſe ſollicitat hō in bo⸗
no ope qui ſemꝑ cogitat de
extremo fine. Igit̃ dilectiſſi
me Oēm crede diē tibi dilu
xiſſe ſupremū. Sꝑ hñs me
mor mēte neccē mori. Quis
ergo hō ſane mētis conſide
rans breuitatē ꝛ maximam
incertitudinē hui⁹ miſera⸗
bilis vite ac ꝓpinquitatem
mortis iā vēture! Quis oīa
aduertēs diligēterq̧ reuol
uēs ꝙ āni nrī velut aranea
mutabūtur. et dies ſicut fu
m⁹ deficiūt. ꝛ ꝙ hō nat⁹ de
muliere tā breue viuit tpe.
ꝗ quaſi flos egredit̃ ꝛ ꝯteri
tur. ac fugit velut vmbra!.
Quis etiā mēte ten⁹ hec pō
derans ac intuēs cordialit̃
ꝛ cōſiderās ſic ſeducit̃ a dia
bolo mūdo ꝛ carne. ꝙ peni
tere negligit in hoc tpe bre⸗
uiſſimo. immo (vt veri⁹ di
cā) in hac pñti horula. ſine
momento. Certe neō negli
git ſiue dr̄t niſi quē malicia
ſua penit⁹ excecauit. O q̄n
ta pena talib⁹ hoib⁹ de illa
negligētia ꝯſequetur Vn⸗
de dicit paul⁹ apl's ad Heb
ij. Quō effugiem⁹ ſi tātā ne
glexerim⁹ ſalutē! Hinc bea
t⁹ Effrem dicit Chariſſimi
i hoc breui tpe ſi neglexeri⸗
mus nullā oīno excuſatōeꝫ
hēbim⁹ quā ꝓ facinoribus
nrīs oſtēdam⁹ Nolo ꝗ bre⸗
uitatē hui⁹ tpis negligere.
ne ꝑ infinita ſcl'a penitentia

infructuoſa poſtmodū inci
pias tarde penitere. Igit̄ fe
ſtina ne tardaueris ne cū fa
tuis ꝟginibꝫ finaliter exclu
daris. vn̄ Mat. xxv. Ecce
ſpōſus venit ⁊ q̄ ꝑate erant
intrauerūt cuꝫ eo ad nupti
as. ⁊ clauſa eſt ianua Sup
q̄ btūs Grego. ſic dicit O ſi
palatuꝫ cordis ſape poſſet.
q̄ꝫtū admirationis hꝫ Ecce
ſpōſus venit. Quātum dul
cedinis intrauerūt cū eo ad
nuptias ⁊ quātuꝫ amaritu
dinis. ⁊ clauſa ē ianua Cha
riſſime ſi hec ſaperes ⁊ intel
ligeres. ac corde ten⁹ rumi-
nares ad pn̄iam vtiqꝫ feſtia
res curreres. nec tēp⁹ acce
ptabile ⁊ dies ſalutis ꝑ co-
meſſationes ⁊ ocia inutilit̄
pderes ſine fructu. Et ergo
ſcribit̄ Apocal. ij. Memē-
to vnd excideris ⁊ pn̄iam
age ¶ Legit̄ apud clareual
lem accidiſſe. ꝙ q̄daꝫ vir ſā
ctus cū eſſet in orōne audi-
uit vocē miſerabiliter lamē
tantē. ⁊ cū inquireret q̄d h̄
eēt. reſpōdit Ego ſū aīa cu-
iuſdā dānati infelicē meam
deplāgēs dānationē Et cuꝫ
de pena eius quereret̄ dixit
ꝙ inter oīa q̄ dānatos mag̃
excitabāt ad penā erat amiſ
ſio tpis ſibi grā dei collati.

in cuius ꝑua morula potui
ſſent penitētiam egiſſe q̄ eoſ
liberaſſet a pena infernali..
Vn̄ Hugo de ſcō victore.
Oīa gehenne ſupplicia ſu-
perat deū nō videre ⁊ boīs
carere que in ptāte habuiſti
obtinere Oꝑemur igit̄ duꝫ
tēpus hēm⁹. ne poſtmoduꝫ
dicam⁹ penitēdo. illud Hi
eremie. viij. Trāſijt eſtas fi
nita eſt meſſis ⁊ nos ſalua-
ti nō ſum⁹ Hinc eſt ꝙ deuo
tus ille effrem nos āmonet
dicēs Obſecro vos chariſſi
mi ⁊ ſuppliciter rogo. o ami
ci mei vigilate in hoc breui
tpe. in hac hora vndecima
cōtendite. iā em̄ veſpa ꝑpe-
rabit cū glia multa remune
rator adueniet reddere vni
cuiqꝫ ſcdm opa ſua Exēpla
riter etiā ptꝫ ꝙ mortis meō
ria inducit hoīem ad pn̄iaꝫ
faciēdaꝫ Vn̄ legit̄ de q̄dam
milite flagicioſo ꝙ nullā pe
nitētiaꝫ a papa alexādro ſi-
bi impoſitā voluit accepta
re. ⁊ tādem papa dedit ſibi
ānulū ſuū. vt illuꝫ in digito
ſuo ꝓ penitentia portaret ⁊
q̄ncunqꝫ eū inſpiceret ꝙ de
morte ſua cogitaret. Quod
cū feciſſet pluribꝫ diebꝫ tan
dē ad papā redijt dicens ꝙ
parat⁹ eēt oēꝫ aliam pn̄iam

quātūcunqꝫ ſibi iniungerꝫ
facere ꝛ adimplere ¶ Item
legit̄ de quodā alio pctōꝛi q̄
etiā nullaꝫ a ꝯfeſſoꝛe voluit
acceptare pn̄iaꝫ. tādeꝫ con
feſſoꝛ ſuus ſibi hoc iniūxit.
vt pciperet ſeruitoꝛi ſuo ꝙ
ſꝑ in pmo ferculo baculum
decoꝛticatū ei pn̄taret dicēſ
Dn̄e ad memoꝛiā reducatꝭ
ꝙ neccārio hētis moꝛi ꝛ neſ-
citis vbi. qn̄o ꝛ quādo. Cū
aūt ꝑ tēpus aliquod hoc fa
ctū fuiſſet ꝛ per hoc que co-
medebat ſibi in tediū verte
rētur. dixit confeſſoꝛi ſuo ꝙ
paratus eſſet oēm aliā peni
tentiā facere quātūcunqꝫ e-
tiaꝫ vellet Nā coꝛ ſuū in ſe-
ipſo ꝯturbatuꝫ erat ꝛ foꝛmi
do moꝛtis cecidit ſuꝑ eum.
Ex pdictis ergo ſatis patet
ꝙ meōꝛia moꝛtꝭ facit hoīeꝫ
ſe humiliare oīa ꝯtemnere.
pn̄iam aggredi ſiue accep-
tare. ꝛ ex ꝯſequēti pccā de
uitare Et ideo Sepe recoꝛ
deris bone frater ꝙ moꝛie-
ris Si memoꝛ es moꝛtis fe
licis eris cito ſoꝛtis

¶ Sequūtur nunc exēpla
ex varijs ſacrarū lrāꝝ paſſi
bus homī chꝛiſtiano admo
dum vtilia..

¶ Petrus damiani ad
Blancā comitiſſam de
terroꝛibus moꝛtis.

PEnſandum q̄ppe eſt
cum iam peccatrix
aīa vinculis incipit
carnis abſolui q̄ꝫ amaro ter-
roꝛe cōcutitur. quantꝭ moꝛ
tis ꝯſciētie ſtimulis lacerat̄
Recolit vetita que cōmiſit
videt mādata que negligen
ter implere ꝯtempſit Dolet
indulta pn̄ie tpa ſeſe inani-
ter pcepiſſe Ploꝛat immo-
bilē diſtricte vltionis arti-
culū ineuitabiliter iminere
Manere ſatagit. ire ꝯpelli
tur. recuperare vult ꝑdita.
nō auditur. Poſt terga re-
ſpiciens totiꝰ tranſacte vite
curſuꝫ velut vnum breuiſſi
mū deputat itineris paſſuꝫ
Ante ſe oculos dirigit ꝛ in
finita ꝑhēnitatis ſpacia de
p̄hendit. Ploꝛat itaqꝫ qꝛ
ante tā breue ſpaciū acqui-
rere potuit leticiā oīm ſcto-
rum Deflet etiā ſe ꝓpter taꝫ
breuis illecebꝛe voluptateꝫ
inenarrabileꝫ ꝑpetue ſuaui
tatis amiſiſſe dulcedinem.
Erubeſcit qꝛ ꝓpter illā ſub-
ſtantiā que ꝟmibꝫ erat ob-
noxia illā neglexit que cho-
ris angelicis erat inferēda.
Iā radios mētis attollit. ꝛ

Dū3 diuitiaꝝ īmortaliū glo
riā ꝯtēplat̄ eam ꝓpter vite ī
opiā ꝑdidiſſe ꝯfundit̄. Cum
qꝫ ſub ſe reflectit oculos ad
hꝰ mundi conuallē tetrāqꝫ
caliginē3. Super ſe ṽo mi
rat̄ eterni luminis claritatē
liquido deprehendit qꝛ nox
erat et tenebre qd amauit.
O ſi rediuiuū3 pn̄te tēpus
promitteri potuiſſ3 q̄ꝫ dure
ꝯuerſationis iter arriperet
quātis ſe deuotionū vincu
lis innodar3 ¶ Interea dū
ebeſcentes oculi ꝯtabeſcūt
Dum pectus palpitat. du3
raucū guttur anhelat. den//
tes palatum nigreſcunt. et
quādam velut eruginē con
trahunt. Palleſcūt ora. mē
bra cuncta rigeſcunt. Du3
hec ꝛ hmōi tāq̄ꝫ vicine mor
ti precedentia famulant̄ of
ficia. aſſunt oīa geſta ſimul
et verba. nec ipſe etiā cogi//
tatōes deſunt. ꝛ cuncta hec
amaꝛ ꝯtra actorē teſtimoni
um reddunt. Coaceruātur
oīa ante reſpicientis oclos
et que reſpicere refugit. co//
actus ꝛ inuitus attēdit Ad
eſt preterea hinc horrēda de
monū turba. illinc ṽtus an
gelica In illo q̄ medius eſt
liquido dep̄henditur. cui p
ci iure poſſeſſio vendicetur

Nam pietatis in eo vident̄
inſignia viſitationis ange
lice blandicijs delinit̄. atqꝫ
armonice melodie vt exeat
prouocat̄. Quod ſi eū ſini//
ſtre parti nigredo meritori
um ꝛ feditatis ſqualor ad//
iudicet: ītolerabili mox ter
rore ꝯcutitur. repentini im
petus violentia ꝑturbatur
precipitat̄ inuaditur. ꝛ de
miſerie carnis argaſtulo vi
olenter euellitur. ꝛ ad et̄na
ſupplicia cū amaritudīe tra
hitur. Jam vero poſt egreſ
ſionem de corꝑe quis expli
care valeat quot armate in
iquoꝝ acies in inſidijs late
ant? quot frementes cunei
feralibꝰ telis obſtructi tūc
obſideant. ꝛ ne libere tran//
ſire poſſit animus velut mi
litari more ꝯſtipate legiōeſ
oppugnant. Hec ꝛ hmōi fre
quenter in corde verſari qd
eſt aliud q̄ꝫ lenocinantia hꝰ
vite blandimenta reſpuere
mundo repudiū dare. illici
tos motus carnis illidere.
ſolidūqꝫ perfectionis adipi
ſcende ꝓpoſitum indeclina
biliter cuſtodire

¶ Ex horologio eter
ne ſapientie.

etit ãte diſcipuluʒ
ſimilitudo iuuenis
pulcherrimi. ꝙ morte ꝑuen
tꝰ in ꝓrio migraturꝰ. de ſa⸗
luteaīe ſue nihil diſpoſue⸗
rat Qui huiuſmōi voce la⸗
crimabili clamabat Circū
dederūt me gemitꝰ mortꝭ do
lores īferni circūdederūt me
Heu me deꝰ etne ad qd in
hūc mūdū naſcebar natꝰ ex
vtero cur nō ſtatī perij. En
ꝑncipiū vite mee fuit cū fle
tu ⁊ dolore. nūc aūt finis me
us ⁊ exitus exiſtūt cū miſe⸗
rabili planctu ⁊ merore O
mors ꝗꝫ amara ē memoria
tua cordi iocūdo ⁊ īdelitijs
enutrito Horribilꝭ ꝑñtia tua
⁊ ꝙ ⁊ etate iuuenis ⁊ robore
fortis ⁊ ꝙ potitur ſucceſſibꝫ
ꝓſperis O ꝗꝫ parꝝ credidiſ
ſeʒ ꝙ tā cito mori debuiſſeʒ
Sʒ nunc mors miſera repē
te quaſi in īſidijs irrūpens
irruiſti ſuper me. ꝯphendi⸗
ſti me ⁊ mille funibꝫ ligaſti
⁊ ī vīculꝭ tecū trahis ferreis
ſicut trahi ſolet damnatus
ad ſuppliciū mortis. Tēpꝰ
ꝑterijt. dilapſum ē ⁊ a nul⸗
lo hoīm reuocari ꝑt. nō fuit
hora tā breuis in ꝗ ſpūalia
lucra ſuo valore oīa terre⸗
na īcōparabilitꝛ excedentia
ꝯparare potuiſſeʒ Heu me

miſerꝝ. ideo nunc ſtillat ocu
lꝰ meꝰ ꝑ̄ dolore ⁊ palpebre
fluūt aq̇s qꝛ reuocare qđ ꝑ
terijt non poſſum Eya vos
oēs ꝗ adeſtis ꝗ meā miſeriā
videtis. ꝗ flore iuuētutꝭ ad
huc gaudetis. ꝗ tēpꝰ aptuʒ
adhuc habetis. me reſpici⸗
te. meaſqꝫ miſerias ꝯſidera
te. ⁊ in meo periculo dānuʒ
veſtꝝ declinate. floreʒ iuuē
tutis vrē cū deo expēdite tē
pus ſacris occupate actōi⸗
bꝫ ne ſimilia patiamini O
felix penitētia ⁊ ꝯuerſio ma
tura qꝛ ſecura ꝙ aūt tarde pe
nitētie ſe ꝯmittit dubiꝰ ⁊ in
certꝰ erit. qꝛ neſcit an vere
aut ficte peniteat. O cras
cras ꝗꝫ longam reſteʒ feciſti
mihi. ⁊ in baratꝝ mortꝭ me
ꝓtraxiſti. ꝓcraſtinādo dece
piſti me Et qđ adhuc dicaʒ
in ꝓximo ē tribulatio mea.
vt de hoc mūdo rcedā Attē
de nūc a me q̄ſo diligēt. Ec
ce in hac hora magꝭ gaude
rem de breui oratiūcula pu
ta de ſalutatōe angelica de
uote ꝑ me dicta ꝗꝫ ſuꝑ milia
auri ⁊ argēti O mi deꝰ quā
ta bona neglexi. ꝗꝫ male ac⸗
cidit mihi ꝙ hec non ꝓuidi
qñ bñ ꝓuidere potui. ꝙ ho
ras nūqꝫ redituras ꝑdidi.
ꝗꝫ modica fcā ⁊ negocia in⸗

utilia tractās tā multa ꝛ ꝓ-
cioſa bona neglexi O mi de
us nūc finē v̄bis meis ipo-
no. vlteri⁹ plāgere nō valeo
Ecce veīt hora q̄ me aufert
de t'ra Heu me nūc video.
nūc experior q̄ āpli⁹ viuere n̄
valeo. ꝛ q̄ mors ē in ꝓpinq̄
En man⁹ inualide icipiūt
rigeſcere. facies palleſcere.
viſus obūbrari. ꝛ oculi pro
fūdari ac tranſuerſari. Ach
me miſeꝝ pūcture mortꝭ a-
mariſſie circūdāt me. ꝛ cor
debile ſuffocare nitūtur O
cordis āguſtie ꝛ p̄ſſure mor
tifere En pulſus incipit ca
prizare Anhelitus deficere
et q̄ſi ex ꝓfūdo ſe colligere.
lucē hui⁹ mūdi āpli⁹ nō vi
deo. Et ecce iā ſtatū alteri⁹
mūdi p̄ ocul' mētalib⁹ quaſi
p̄meditādo ꝓſpicere icipio
O mi de⁹ q̄ȝ miſerabiles aſ
pect⁹. en cruēte beſtie. lar-
uales demonū facies. nigri
ethiopes īnumerabiles cir
cūdāt me īſidiātes ꝛ expec-
tātes miſerā aīaȝ meā i ꝓxi
mo exiturā ſi forte torquen
da eis i ſortē tradat' En ſu-
dor mortꝭ adeſt. ꝛ membra
penetrās ꝛ victā eē naturā
et iā ſuccubuiſſe atteſtās O
terribilis aſpectus iuſti iu-
dicis mihi iā p̄ntis. p̄ timo
rē ſubito veniētꝭ p̄ exhibiti
onē Hic valete ſocij ꝛ ami-
ci chariſſimi. q: hic exitur⁹
oculū mētꝭ ad purgatoriuȝ
q̄ iā deducēd⁹ ſū ꝯuerto. iū
nō exitur⁹ donec reddā no-
uiſſimū q̄drātē Illic oculo
cordꝭ ītueor miſeriā ꝛ dolo-
rem. penā ꝛ afflictionē m'ti
plicē Heu me miſeꝝ iter ali
as debitas penas illo loco
exurgere video flāmas igni
um. ꝛ iuoluere ꝛ reīpigere
q̄ſdā aīas miſeroꝝ. q̄ velut
ſcītille flāmiuome in medio
ignis cādentꝭ diſcurrūt Si-
cut cū magna villa tota i cē
dio poit' ꝛ i igne ꝛ fumo ſcin
tille pit' ſurſū ꝛ deorſuȝ ferū
tur vlulātes ꝛ p̄ dolore cru
ciatū clamantes ſingl'e ꝛ di
cētes Miſeremī mei miſere
mī mei ſaltē vos amici mei
Vbi nūc eſt amicoꝝ meoꝝ
adiutoriū. vbi ꝓmiſſiones
bone ꝯſanguineoꝝ. ꝛ alioꝝ
p̄ q̄ꝝ iordinatū affcm̄ noſ-
metipōs neglexim⁹ ꝛ nob-
ipis hāc penā adauxi⁹. heu
cur tot fecim⁹. laborauim⁹
eis placere volētes ꝛ male r̄
mūerati ſum⁹. ardem⁹ ꝛ eſ
tuam⁹. nec ab ill' adiutoriū
r̄cipim⁹ En miror afflectio
purgatorij quod patimur
ſupplicium ſupat qdcūq; hu⁹
tpal' mūdi. Vnice hore iſti

us quā patimur acerbitas penalitatis centū annos in ſeputatur hrē ſeculi tranſeuntis miſerias.. Sȝ ſuper oīa genera tormentoꝶ ledit nimis. illius diuine faciei abſentia. Et hec oīa p̄dicta in vltimo agone ꝯſtitutus tibi ꝓ memoriali relinquo Et his dictis agonizando expiro.

Gregori⁹ in omelia.

¶ Qui inq̄ȝ ſunt humane aīe maiores inimici q̄ȝ maligni ſpūs q̄ hanc exeuntez a corꝑe obſident. quā in carnis amore poſitā deceptorijs delectationib⁹ fouent. quā vallo circūdant. q2 ante mentis ei⁹ oculos reductis iniquitatib⁹ q̄s ꝑpetrauit hanc ad ſocieratē ſue dānationis trahentes coartāt vt ipſa iaȝ extremitate vite dep̄henſa: ⁊ a quib⁹ hoſtib⁹ circumcluſa ſit videat ⁊ inde euadendi auditū inuenire nō poſſit. q2 opari iā bona non licet: q̄ cum agere licuit ꝯtempſit. De quib⁹ adhuc apte quod ſequit̄ intelligi p̄t.. Circūdabūt te ⁊ coangustabūt te vndiq̄ȝ. Maligni quippe ſpūs vndiq̄ȝ āguſtant aīam. q̄ñ ei non ſolū opis ſed etiaȝ locutiōnis et inſuꝑ cogitationis iniq̄tates replicant. vt q̄ prius ſe ꝑ multa dilatauit in ſcelere. ad extremū de oīb⁹ āguſtiet̄ in retributione. Si ei diſtricte penſet̄ cuius ſit pōderis improperiū ex ore veritatis agnoſcit̄. cum negligenti ⁊ futura non ꝓſpicienti dr̄. Et q̄ꝺ ē in hac die tua q̄ ad pacem tibi nunc āt abſcondita ſunt ab ocul' tuis Nam cogitādum valde eſt q̄ȝ terribilis erit hora nr̄e reſolutionis. q̄s pauor mentꝭ q̄ȝta tūc oīm maloꝶ memoria. que obliuio trāſacte felicitatis: q̄ formido ⁊ ꝯſideratio iudicis Quid ḡ nobiſ eſſe de p̄ntib⁹ ad delcātionē debet q̄ñ ſimul cunctis trāſeuntib⁹ nō valet trāſire qꝺ imminet q̄ñ ⁊ hoc fundit⁹ finitur qꝺ diligit̄ ⁊ illud incipitur vbi dolor nūq̄ȝ finit̄ tunc maligni ſpūs egrediēte aīa ſua opera requirūt tē mala que ſuaſerūt replicāt vt ſociā ad tormētū trahāt

¶ Hieronym⁹ in ep'la ad demetriadez Reſpuant̄ honores. deſpiciantur diuitie Ipſa quoq̄ȝ vita nr̄a martirij amore ꝯtemnat̄. Et hec omnia ⁊ ſi ꝓ eternitatꝭ premio non darentur, eſſet tm̄

quādoꝫ peritura. Amittūt hec etiā illi qui ſemꝑ cupiūt poſſidere q̄ꝫ multos memoria noſtra retinꝫ ī maximis bonoribꝫ ⁊ diuitijs ꝯſtitutos repente de ſummo illo potentie faſtigio concidiſſe et eos q̄ tumore elati aliud quidā q̄ꝫ hoīes ſe iam putabant exitu ſuo tādē docuere non quid fuerint Quid em̄ in hoc mūdo ſtabile q̄d firmū ē. quid porro nō breue et incertū. ⁊ caſui nō ſeruiens. Quale illud bonū ē q̄d ſemꝑ timeas amittere ꝉ q̄d auferendūꝫ abs te metuas vel a te relinquēdum ſcias. Nā ⁊ ſi nullo eripiatur caſu vꝉ morte certe ꝑdendum eſt Et ſi vita nr̄a tendat̄ per mille annos ⁊ ad extremū illuꝫ diem totius etatꝭ cotidiana deliciarū voluptate veniam⁹. quale hoc queſo diu eſt q̄d fine delet̄ Age iaꝫ tranſactū vite tue tēp⁹ aio reuolue Nōne videbit̄ tibi vmbra quedā fuiſſe q̄d trāſijt ⁊ inſtar ſomnij tenuis īcertū eſſe oē q̄d videt̄. Hoc idem ⁊ decrepit⁹ ſenex ſentire pt cui ꝯuenit dicere cū ꝓpheta Dies mei ſicut vmbra declinauert̄. ⁊ ego ſicut fenum arui.

Ex dialogo gregorij.

Vir q̄daꝫ hoc mūdo valde diues fuit criſorius noīe ſꝫ tm̄ vicijs plenus quātuꝫ rebꝫ. ſuꝑbia tumidus. ſue carnis voluptatibꝫ ſubdit⁹. in acq̄rend̄ rebus auaricie facibꝫ acceſ⁹ Sed cū tot malis dn̄s finē ponere decreuiſſet. corꝑali hunc moleſtia ꝑcuſſit Qui ad extremū veniēs eadē hora qua iā erat de corꝑe exitur⁹ aptis oculis vidit tetros et nigerrimos ſpūs coraꝫ ſe aſſiſtere ⁊ vehemēt̄ imminere vt ad īferni clauſtra ſe raperēt Cepit tremeſcere palleſcere ⁊ ſudare. ⁊ magnis vocibꝫ īducias petere. filiū q̄ꝫ ſuū noīe maximū quē ipſe iā monachus monchū vidi. nimijs ⁊ turbatis vocibus clamare dicēs Maxie curre. nūq̄ꝫ tibi mali aliq̄d feci. in fide tua me ſuſcipe. Turbat⁹ mox maxim⁹ affuit lugēs ⁊ ꝯſtrepens familia ꝯuenit Eos āt quos ille īſiſtentes ſibi grauiter tolerabat. ipſi malignos ſpūs videre nō poterāt. ſed eorū preſentiaꝫ in confuſione in pallore ac tremore illius q̄ trahebatur videbāt Pauore aūt eorū t̄re imagis huc

illucq̄ vertebat. in lectulo iacebat in ſiniſtro latere aſpectum eoꝝ ferre non poterat. vertebat ad parietem ⁊ ibi erant. Tuncq̄ conſtrictꝰ nimis etiam ſe relaxari deſperauit. cepit magnis vocibꝰ clamare. Inducias vſq̄ mane. inducias vſq̄ mane Sed cum clamaret in ipſ vocibꝰ de habitaclo ſue carnis euulſus eſt De quo nimiꝝ ꝯſtat qꝛ ꝑ nobis iſta ñ ꝓ ſe viderat vt eiꝰ viſio nob ꝓficiat. quos adhuc diuīa potentia lōganimiter expectat Nā ille tetros ſpūs añ mortez vidiſſe ⁊ inducias petiſſe. quid ꝓfuit qui eaſdez inducias quas petiuit non accepit

Item aliud ad idem.

Eſt apud nos athanaſius preſbiť licaonīj q̄ in diebꝰ ſuis lictonij rē terribilem narrat eueniſſe. Ibi nāq̄ vt ait qd̄dā monaſterium cōgalaton dicit in quo quidam monachus magne eſtimationis habebat. bonis quippe moribꝰ videbat atq̄ in ōni ſua actione ꝯpoſit Sed ſicut ex fine res patuit longe aliter q̄ꝫ apparebat fuit Nam cum ſe cū fratribꝰ ieiunare mōſtraret. occulte mādūcare ꝯſueuit qđ eius viciū frēs omnino neſciebāt: Sed corpis ⁊ mētꝫ moleſtia ad vite extcā ꝑducctꝰ ē Qui cū iā eſſꝫ ad finē ꝑductꝰ frēs ad ſe ōnes q̄ i monaſterio ierāt ꝯgrgari fecit At illi vt putabāt tali viro moriēte magnū quid ac delectabile ſe ab eo audire crediderūt. Quibꝰ ille afflictꝰ et tremens ꝯpulſus ē ꝓdere cui hoſti traditꝰ cogebatur exire Nā dixit quādo me ieiunare vobiſcū putabatis occulte ꝯmedebam Et ecce nūc ad deuorandū draconi ſum datus q̄ cauda ſua genua mea pedeſq̄ colligauit caput vero ſuū intra meuꝫ os mittens ſpm̄ meum ebibens abſtrahit Quibꝰ dictꝫ ſtatim defunctus eſt atq̄ vt penitendo ſe liberare potuiſſet a dracone quē viderat expectatꝰ ñ eſt Quod nimirū ꝯſtat qꝛ ad ſolam vtilitatem audientiuꝫ viderat. eū hoſtem cui traditꝰ fuerat ⁊ innotuit ⁊ nō euaſit.

Ex vitiſpatrum.

Abbas ſylois ſedens i cella ſp claudebat oſtiū ſuū. Dicebāt āt de ipſo q̄ in die dormitiōis ſue cuꝫ ſederēt circa eū p̄rēs reſplē-

duit tanq̄ȝ ſol facies ei⁹. Et
dt eis Ecce abbas anthoni
us venit. ⁊ poſt puſillū rur
ſus dt eis. Ecce chorus p/
phetaꝝ. Et iteꝝ āplius faci
es ei⁹ reſplēduit ⁊ dt. Ecce
chorus apl'oꝝ veīt. Dupl'r
adhuc refulſit facies e⁹ ⁊ ec
ce ipſe cū aliq̄bꝫ loq̄bat' De
p̄cati ſunt āt illū ſenes dicē
tes. Cū quo loq̄ris pr̄? Qui
dixit eis. Ecce angeli vene
rūt accipere me ⁊ rogo vt di
mittar penitere modicum.
Dicūt ei ſenes. nō indiges
pn̄ia pr̄. Dicit āt illis. vere
neſcio me vel initiū pn̄ie fe
ciſſe. ⁊ cognouer̄t oēs q̄m p
fectus ē. Et rurſum facta ē
facies e⁹ ſicut ſol. ⁊ timuer̄t
oēs. Dixit āt eis Uidete ec
ce dn̄s venit dicēs. Afferte
mihi vas electionis heremi
Et ꝯtinuo reddidit ſpm̄. et
factū ē fulgur ⁊ replet⁹ ē to
tus ille locus odore ſuaui/
tatis. ¶ Ex vita ſancti
Hieronymi

¶ Adueniente die q̄ venera
bilis Euſebius migraturū
ſe ſcierat. tercio die p̄eunte.
lāguore febriū ꝯcuſſus va/
lide ſup terrā nudā mgr̄i ſcȝ
hieronimi nō īmemor ſe nu
dū fecit dferri a frībꝫ admo
nēs frēs ſingulos in ꝓpoſito
manere. Deniq̄ȝ ſaccū quo
glo'ſus induebat' hierony⁹
deferri fecit ⁊ ſuper ſe poni
Ordinauitq̄ȝ ſe nudum in
ſtar glorioſi mgr̄i extra ec/
cleſiam ī qua iacebat ſancti
hieronimi cadauer ſepeliri
Poſt hec cōione accepta ſe
dn̄o ⁊ glīoſo hieronimo cō
mendauit. ⁊ ſic p triduū lo
cutione. corpaliq̄ȝ viſione
p̄uat⁹ circūſtātibꝫ frībꝫ paſ
ſiōes dn̄i ⁊ alia legētibꝫ ia/
cuit. Die āt mort̄ duabꝫ ſe
horis an̄ btē aīe exitū cepit
venerabil' pr̄ euſebi⁹ tā hor
ribiles actus agere vt circū
ſtātes monachi tꝫ amētes
iacerēt ī tr̄a. nā q̄nȝ trāſuer'
ocul' iūct̄ maībꝫ. facie hor/
ribili. diraq̄ȝ voce claābat.
n̄ faciā. n̄ faciā. mētir̄ mēti
r̄ Poſt hec faciē ī terrā quā
tū poterat firmās clamabat
Adiuuate me frēs ne pereā
Monachi āt it̄rogabāt eū
Quid hēs pr̄? q̄bꝫ ille. nō vi
det̄ demonū agmīa q̄ me de
bellare cupiūt. q̄d te fcūruȝ
volebāt cū dicebas. n̄ faciā
nō faciā Et ille. conātur vt
blaſphe⁹ iueiar. Tunc illi
q̄re faciē tuam abſcōdebas
in terra. He ait aſpectum
eorum viderem tam terribi
leȝ quod omnes pene nihil

fũt reſpectu illius. Jnt̃ hec
verba act⁹ ꝑores reiterans
ſic ad extrema deueni Frẽs
ãt pauidi ꝛ ſtupẽtes ſtabãt
velut mortui neſcientes q̇d
facerẽt Ad extremã ãt horã
veniẽti glorioſus eidẽ hie-
ronim⁹ apparu[it] ꝯfortãs eũ
Ad cuius aduẽtũ ꝑterrita
illa demonũ turba euanuit
Et viderũt hieroĩmũ mona
chi quidã alij ãt has voces
ab euſebio audiebãt. Vñ
venis pater? Quare tm̃ mo
rat⁹ es? Cui vox illa audiẽ
tib⁹ fratrib⁹ Expecta fili ne
formides. q2 te nõ deſeram
quẽ tãtũ diligo. Qua voce
audita. breui diſcurſo tẽpo
re venerabil' Euſebius ex-
pirauit Ad cuius corp⁹ fie
bãt miracula ꝑterite vite ſã
ctitatẽ inſinuãtia. Jnterque
q̇dam monach⁹ ſui mona-
ſterij ꝑ lachrimis ꝛ vigilijs
oculoꝝ lumine ꝑuat⁹ ſtatiꝫ
vt eius corp⁹ venerãdũ fa-
cie tetigit. oculoꝝ lumẽ re-
cepit Quidã demoniac⁹ etiã
obuius ſepeliẽdi corpi libe
ratus eſt. Aliud ex diſtin
ctione nona Legit̃ in li-
bro de vij. donis ꝙ narra-
uerit q̇daꝫ frater noĩe gwal
ter⁹ magiſter in theologia.
ꝙ cum eccia q̇daꝫ ꝯſecrari
deberet. ꝛ q̇dam nobilis co
mes excõmunicat⁹ ibidem
ſepultus eiciend⁹ eſſꝫ ꝓpter
ꝯſecrationem. patefacto ſe
pulchro. apparuit ĩmaniſſi
m⁹ bufo ſuꝑ faciem eius to
tam eã opiens ꝛ corrodens
et alij vermes ꝛ ſerpẽtes ad
quoꝝ aſpectũ ꝛ horrorẽ oẽs
q̇ aderãt lugerũt Filius autẽ
dicti comitis iuuenis hec au
diens acceſſit Et viſa ſanie
carnis paterne ꝛ vermiũ mi-
rabili diuerſitate ꝛ horrore
dixit. Jſti ſunt amici noſtri
quos nutriũt delicie noſtre
hos quieſcere facim⁹ ĩ molli
b⁹ lectis ĩ pictis thalamis.
et augmentam⁹ diuerſitate
ferculorũ Melius eſt ergo
vt extinguãtur in vita ꝑ pe
nitentiaꝫ. moleſtentur per
ieiuniũ. vt interfecti a nob
non occurrant in morte Et
relicto ꝑncipatu omni glĩa
mũdi. fugit. cogitãs ſe bea
tum ſi fieret pauꝑ pro chri-
ſto Venit ãt rhomã vbi ĩ ti
more dei mirabiliter corp⁹
ſuũ afflixit. carbonarij etiã
inibi ſortitus officio demp
to ſolo ſuo ꝯfeſſore omnib⁹
hominib⁹ vſqꝫ in fineꝫ vite
ſue ꝑmãſit icognit⁹ Tãdeꝫ
veniens quadã die rhomaꝫ
vt carbones vẽderet. ibidẽ

infirmitate graui ꝑcuſſus ⁊
vulneratus patientiſſime ⁊
mitiſſime ſuſtinuit. deinde
vocatꝰ a chriſto feliciter ad
uolauit. Quo migrāte oēs
vrbis cāpane vltro ⁊ ꝑ ſe di
uina ꝟtute ſonuerūt Quod
cuꝫ tā papa ioannes q̄ꝫ vni
uerſus populꝰ vehemētiſſi
me mirarentur. ꝯfeſſor ipiꝰ
ſacerdos quidaꝫ hō ſancte
vite totū vite ſue ordineꝫ ⁊
quis eſſet enerrauit. Quod
audientes ſui nobiles ⁊ mi
lites q̇ eum ibidem queſie-
runt licet viuū nō īueniſſēt
corpus tn̄ defuncti ad terrā
ſuā cū gaudio deduxerunt·

¶ Aliud ex libro de illuſtribꝫ
viris

Conuerſus quidam de
fratribꝫ clareuallis
innocentis vite ꝯuerſatio-
nis honeſte cū grauiter ali-
q̄ꝫdiu egrotaſſet. tandeꝫ ad
extrema deuenit. Intrauit
ad eū gratia viſitatōis bea
tus bernardus ⁊ ꝯfortans
eum ait Confidis fili qꝛ mi
graturus es iā de morte ad
vitā. de labore tēporali ad
req̇eꝫ ſempiternā Ille vero
cum ingenti fiducia reſpon
dit Quidni ꝑgam ad dn̄ꝫ ⁊
creatorē meū. vere cōfido ⁊
quātū de mīa dn̄i nr̄i iheſu
xp̄i preſumere audeo. certꝰ
ſum. qꝛ cito viſurus ſūt bo
na dn̄i in terra viuētiū Por
ro beatus bernardꝰ vt erat
medicus ſapiens paſtorq̄ꝫ
ſollicitus timens hoī ruſti-
cano ne tam fida r̄nſio de p̄
ſumptionis magꝭ temerita
te q̄ꝫ ꝯſcientie puritate ꝓce
dere ait Signa cor tuū. q̇d
locutus es. vn̄ tibi ſubrepe
re potuit tante preſumptio
nis audacia. Enimuero tu
nō es ille pauꝑculus ⁊ mi-
ſerabilis homo q̇ cū nil aut
ꝓpe nihil haberes in ſeculo
neceſſitate forſan magꝭ q̄ꝫ ti
more dei cogente ad nos ꝯ
fugiſti. multis p̄cibꝫ tandē
aditum impetrando. Nos
vero dei cauſa collegimꝰ in
opeꝫ. ⁊ parēte fecimꝰ victu
atq̄ꝫ veſtitu ceteris. qꝛ coī-
tatibꝫ his q̇ nobiſcū ſūt ſa-
pientibꝫ atq̄ꝫ nobilibꝫ virꝭ ⁊
factꝰ es quaſi vnus ex illis
Quid igiṫ tribuiſti dn̄o p ō
nibꝫ iſtis Et ecce nō ſufficit
ingratitudini tue gratis ac
cepiſſe te tot bn̄ficia de ma
nu dn̄i. niſi ⁊ regnuꝫ ipſius
hereditatio iure vēdices ti-
bi Ad hec ille reſpōdēs blā
do vultu ⁊ trāquillo animo
dixit. Bene pater chariſſiē
bn̄ vtiq̄ꝫ peroraſti. et vera ſc

oīa que dixiſti: Verūtñ ſi
iubes loquar ad te dñm et
patrē meum ꝛ paucis aperi
am vnde mihi pauperi ꝛ mi
ſero ſuggeri potuit tāte nō
preſumptionis: ſed vt ego
ſpero deuotionis occaſio ſi
tñ vera ē illa predicatio ve
ſtra ꝙ nobis ſepius īculca//
ſtis qua ſcꝫ regnuꝫ dei non
carnis nobilitate. nō terre//
nis diuitijs poſſidet. ſed ſo
la obedientie virtute acqui
ritur Hanc inquā ſententiaꝫ
tanq̄ꝫ v̄bum abbreuiatum
a dño ſedula cōmemoratio
ne apud me ꝯtinui. ponēs il
lud quaſi ſignaculū ſup cor
meum aſſidue meditando.
ꝛ ſup brachium meū ſollici
te operando Querite ſi pla
cet ab oībꝫ magiſtris meis.
ꝛ ſocijs q̇bꝫ me obſeq̇ ꝛ ſer//
uire iuſſiſtis ſi cuiq̄ꝫ illoruꝫ
aliqñ inobediens fui: ſi de
fratribꝫ noſtris quē piā ver
bo aut ſigno vel q̄libet alio
mō quātū in me fuit ꝯtriſta
ui Nō ſi operam dedi oībꝫ
in chriſto obedire. oībꝫ ſer//
uire. cūctos ꝑ dei gratiā di
ligere. quis ꝓhibere me po
teſt vt de miſericordia eꝰ nō
cōfidā Btūs itaqꝫ bernar.
cū tale rñſum ab homīe ru
ſticano accepiſſet. gauiſus
eſt gaudio magno ꝛ ait Ve
re btūs es fili chariſſime qꝛ
caro ꝛ ſanguis non reuela//
uit tibi ſapientiā hanc. ſed
pater celeſtis ip̄e te docuit.
ip̄e poſuit aīam tuā ad vitā
rectiſſimoqꝫ tramite ꝑdux//
it ad patriā Jam ġ ſecurus
egredere. qm̄ patefacta ē ti
bi ianua vite Defūcto ita//
qꝫ frē ꝛ exequijs celebratis.
venerabilis pr̄ de ꝯuerſati
one ꝛ ꝯſummatione eis ſer
moneꝫ in capitulo luculen
tū ſua illa deuotione ꝛ facū
dia ꝑorauit. oīeſqꝫ illius ex
emplo ad amorem obediē//
tie mirabiliter accēdit vehe
menter namqꝫ affectus fuit
in rñſione illius ꝛ magis ꝯ
gratulabatꝛ ei ſup obediētie
v̄tute ꝛ ſup ip̄iꝰ aīe purita//
te ꝙ ſi vidiſſet eū ſignis ꝛ ꝓ
digijs choruſcanteꝫ.

¶ Seq̇tur ſecundū nouiſſi
moꝝ de extremo iudicio

SEcundum nouiſſi
moꝝ cuiꝰ freq̄ns
meditatō nos a pec
catis reuocat. eſt iudicium
nouiſſimū ꝛ finale. Huius
enim memoria non ſolum
cohibet a maximis peccatꝭ
verūetiam a culpis ꝛ mini
mis peccatꝭ. Vñ in vitiſpa
trū legitꝛ ꝙ cū q̇daꝫ ſenex vi

diſſet quēdam iuuenē diſſo
lute ridētē dixit ei Coꝛā ce//
lo ꝛ terra reddituri ſumus
rationem totius vite noſtre
ꝛ tu rides. q̄ſi diceret. ſi ſci
res q̄ꝫ ſtricta rō fiet poſtmo
dum in iudicio de oīb; pec
catis quātumcūq; leuibus
ꝛ ꝑuis. Utiq; non rideres
ſ; potius plangeres ꝛ dole
res. qꝛ nūc temp⁹ ē flēdi lo//
cus ꝛ peccata luēdi Poſtea
gaudebūt q̄ nūc ſua crimīa
flebūt Uñ gregoꝛi⁹ i ome//
lia Pñtis tpis ita eſt agēda
leticia vt nunq; amaritudo
ſequēt; iudicij recedat a me
moꝛia Hic ē q; dñs dt eccle
ſiaſtici xxxviij. Meōꝛ eſto
iudicij mei. nā cū accepero
tēp⁹ ego iuſticias iudicabo
Sic ꝑ ꝓphetā loq̄tur ī pſal.
ꝛ Johel vltio. Cōſurgāt ꝛ
aſcēdant gētes ī valle ioſo//
phat. qꝛ ibi ſedebo vt iudi//
cē ī circuitu oēs gētes. Jte;
hieremie ij. Adhuc iudicio
ɔtēdā vobiſcū ait dñs. De
q̄ gñali iudicio ſcribit ozee
iiij Audite vbū dñi filij iſrl
qꝛ iudiciū dño cū habitato
rib; t're Vocāt iudiciū val
de ē timēdū. Uñ ꝓpheta dt
A iudicijs ei tuis timui Jt;
ſapiētie. v. Uidētes turba
būt timoꝛe hoꝛribili. gemē
tes p̄ ꝛe āguſtia ſpūs. Certe
dñe i h̄ die turbabūt gētes
ꝛ timebūt q̄ habitāt termi//
nos a ſignis tuis nec īmeri
to pauebūt. qꝛ m̄lta hoꝛri//
bilia erūt ſignaq̄ videbunt
Nā vt ſcribit luce xxi. Cu;
viderit filiū hoīs veniētē; ī
nube cū ptāte mag̃ ꝛ maieſ
tate tūc erūt ſigna ī ſole luna
ꝛ ſtellis Et ī terra p̄ſſura gē
tiū p̄ ɔfuſione ſonit⁹ mar; ꝛ
fluctuū. ita vt areſcēt hoīes
p̄ timoꝛe ꝛ expectatōe q̄ ſup
ueniet vniuerſo oꝛbi O mi
ſer homo cogita illi⁹ iudic;
dei ſc; ꝛ hominis tā hoꝛri//
bilem aduentū. nā ignis in
ɔſpcū ei⁹ exardeſcet ꝛ in cir
cuitu eius tēpeſtas erit va
lida Jgnis inq; añ ipſū p̄ce
det ꝛ īflāmabit ī circuitu in
imicos ei⁹ Uñ ad hebꝛeos
x. Terribil' aūt eſt quedam
expectatio iudicij ꝛ ignis e
mulatio. que ɔſumptura ē
aduerſarios. Et malachie
tercio Ecce dies veniet ſuc
cenſa quaſi caminus ꝛ erūt
omnes ſuperbi ꝛ oēs facien
tes impietatē ſtipula Jtem
iſaye xlvi. Ecce dñs in igne
veniet Uñ iohel ij. Ante fa
cie; eius erit ignis voꝛans
ꝛ poſt eū exurens flamma.
Et ideo ſicut ſcribit mala

chie iij. Quis ſtabit ad vi//
dendū eum Ipſe eniȝ ignis
cōflans ꝛ q̄ſi herba fullonū
ꝛ ſedebit ꝯflans et emūdās
argentū. Quis ḡ ſane mēt
hūc iudicē ꝛ aduētū eius to
to corde non timebit? Gre//
gorius ſup ezechielē: Que
erit mēs hoīs eterni iudicꝭ
peītētiā n̄ formidātꝭ. vbi ſil
pꝫccata ante oculos redeūt
ꝛ ōnia que cum delectatiōe
acta ſunt ad memoriā cum
pauore reducanꝭ. Certe vt
ſcribitur ꝓuer. xxviij. Viri
mali non cogitant iudiciuȝ
qui āt requirūt deū aīaduer
tunt oīa. Ber. in proſa. Ex
paueſco q̄dē multū iudicis
venturi vultuȝ. quē latebit
nil occultū. nec relinquit q̄d
multuȝ Et quis noſtꝝ non
timebit. quādo iudex appa
rebit. ignis ante queȝ arde
bit peccatores qui delebit
Eſt autem hoc iudiciū ſpe
cialiter metuēduȝ ꝓpter tria
Primū ē multiplex accuſa
tio ipſis peccatoribꝫ valde
grauiter ꝑhorrenda Secū
dum eſt ſtrictiſſima villica//
tionis ratio de ōnibꝫ ſingu
lariter facienda Tercium ē
horribilis ſententie expec//
tatio. que a iuſto iudice tūc
crudeliter coram cūctis ho
minibꝫ ꝯtra inſenſatos ꝓfe
retur Que oīa ſūt peccatori
bꝫ plurimū metuēda ꝛ ꝑ ꝯſe
quēs eorū memoria ē pctīs
retractiua.

¶ Quod iudiciū timendum ē
ꝓpter multiplicē accuſatio//
nem

Eſt igiꝭ primuȝ ꝓpꝭ qd
iudiciū timēdū ē val
de ꝛ ſpecialiter timendum.
multiplex accuſatio que in
ipſis peccatoribꝫ valde gui
ter ē ꝑhorrēda. vn̄ multa in
ueniuntur ꝛ numerantur ī
ſcriptura que in nouiſſimo
die peccatores accuſabūt
Primū eſt propria ꝯſciētia
que peccatorem arguet nō ī
occulto vt nunc. ſed coram
oībꝫ tunc apte Unde danie
lis vij. Iudiciū ſedit ꝛ libri
aperti ſunt. id eſt conſcien//
tie que omnibꝫ reuelabunꝭ
In his libris continentur
ſententia vite mortis glo//
rie ſeu ꝯfuſionis ſalutis vel
damnationis ſempiterne
Item apocalipꝭ. xx. Indu
rati ſunt mortui ex his que
ſcripta erant in libris id eſt
in conſcientijs eorum. Un
de ad romanos ſecundo.
Teſtimonium illis reddēte
cōſciētia eoruȝ Nam ſicut
teſtimonium bone cōſciētie

hominis iuſti eſt gloria. ita teſtimoniū praue ↄſcientie eſt accuſatio dānatio ſeu pe na Secūdū qḋ accuſat pec catorez ſunt diaboli ⁊ ſpūs maligni. Ipſi eīn ſicut ꝓdi tores ſuggerūt peccatuȝ fa ciendū. ac de facto ⁊ cōmiſ ſo peccatorez accuſabūt. ſi cut ſocius furis interdū ac cuſat furez de eo qḋ fecit cū eo Joēs apocalipſ. xij. Dia bolꝰ accuſator fratꝝ nomi natur vn̄ Auguſtinꝰ. Aſta būt ōnes an̄ tribunal chri// ſti ⁊ preſto erit diabolus et ſcitabit ꝟba ꝓfeſſionis nrē et obiciet nobis in faciē q̄d nobis. ⁊ in quo peccauimꝰ ⁊ in quo loco ⁊ quid facere debeamus Dicturꝰ eſt eniȝ ille aduerſarius noſter Eq̄ſ ſime iudex iudica iſtuȝ eſſe meum ob culpam. q̄ tuus noluit eſſe ꝑ gratiam. tuus eſt ꝑ naturā meus per miſe riam tuus eſt ꝑ ↄpaſſionez meus obſuaſionem. tibi io bediens. mihi conſentiens a te accepit īmortalitatē tu// nicam. a me accepit hāc pā noſam tunicam qua indu// tus eſt. tuam veſtez dimiſit cum mea huc venit Eq̄ſſie iudex iudica ergo illum eē meum ⁊ mecū ↄdemnāduȝ

Hec agnus. Tertium qḋ peccatores accuſabit ſunt angeli ⁊ ſpiritus beati Cre dibile eſt eīn ꝙ ille q̄ tradi// dit eis animas cuſtodien// das. requiret ab eiſdem de huiuſmodi cuſtodia ratio// nem Et cum illi non menti antur nec culpam alienam ſibi debent imputare opor tebit eos dicere ꝙ ipſi non ſint in culpa. ſed peccato// res qui noluerunt eis crede re ⁊ obdire. ſicut non eſt cul pa medici qui nihil omittit de ꝑtinentibꝫ ad curam īfir mi ſi non ſanat languidum ſibi inobedientē Unde hie remieli. Curauimꝰ babilo nem ⁊ nō eſt curata Eſt ver bum angeloꝝ quaſi diceret Fecimus quod neceſſariuȝ erat fieri circa babilonez vt curaretur. ſed culpa ſui fuit ꝙ non eſt curata Quartum accuſans peccatorem ſunt creature. ⁊ ſi queſieris que dico ꝙ ōnes ⁊ ſingule Naȝ offenſo creatore totꝰ mūdꝰ odio habebit offenſorem. vnde Job xx. Reuelabunt celi iniquitatem impij ⁊ ter ra aduerſus eum conſurget Nam dominus aduocabit celum de ſurſū ⁊ terraȝ de// orſum diſcernere populum

Criſoſ. ſup matheū In illo
die nihil ē qđ reſpondeam⁹
vbi celuz ⁊ terra. ſol ⁊ luna.
dies ⁊ nox et tot⁹ mūd⁹ aſta
bunt aduerſuz nos in teſti-
monium pecctoꝝ noſtrorū
Et ideo dicit gregori⁹. Si
queris q̄s te accuſabit. di-
co ꝙ totus mundus. ⁊ crea
ture non ſolum accuſabunt
peccatorē. verumetiaz pec
catorē de ipſis vindicabūt
Sap̄. v. armabit creaturā
ad vltionē inimicoꝝ ⁊ pug
nabit cū eo orbis terraꝝ cō
tra inſenſatos. i. pctōres
Itē eiuſdem. xvi Creatura
tibi factori deſeruiens excā
deſcit in tormentnm aduer
ſus iniuſtos. Quintū accu
ſans pctōrez ſunt miſerabi
les pſone: que iniuriā paſſe
ſunt. Nā illi eos tunc accu
ſabunt q̄ ipſis iniuriā fece-
runt. Tunc eñ verificabit
verbū ꝓphete in pſalmo: ſic
dicentis. Cognoui qꝛ faci-
et dñs iudiciū inopis ⁊ vin
dictā pauperis. nā ipſe qui
intuet abyſſos. qui ſedet ſu
per cherubin ⁊ ſeraphin. q̄
ambulat ſup pennas vento
rum. terribilis in ꝯſilijs ſu
per filios hoīm. Tunc iudi
cabit cās pauperum qñ ſta
bunt in magna ꝯſtantia ad
uerſus eos qui ſe anguſtiā
uerunt. Tunc vindicabit
omnia pater orphanoꝝ ⁊ iu
dex viduaꝝ. Patientia ve
ro paupeꝝ non peribit in fi
nem.. Accuſabunt etiā ſub
diti ſuos impios: ⁊ negli-
gentes prelatos. Bernar-
dus ſuper cañ. O terribiliſ
deus ſuper filios hominuz
Fruſtra incipient dicere tē
miſeri mōtibus. Cadite ſu
per nos. ⁊ collibus: coope-
rite nos. Venient ante tri-
bunal chriſti ⁊ audietur po
puloꝝ grauis querela accu
ſatio dira: quoꝝ vixere ſti-
pendijs. nec diluere pecca-
ta quibus facti ſunt duces
ceci. ⁊ mediatores fraudu-
lēti. Sextum accuſans pec
catorem eſt peccatū. Hiere
mie. ij. . Arguet te malicia
tua: ⁊ auerſio tua increpa-
bit te. Unde peccata erunt
ligata ad collum peccatoꝝ
Ozee. xiij. Colligata ē ini
quitas effraim abſconditū
eſt peccatum eius. Treno.
primo Cōuolute ſunt ⁊ im
poſite collo meo ſcꝫ iniqui-
tates mee. Et ideo ſicut fur
tum ligatum ad collum fu
ris accuſat euz. Sic ⁊ tunc
peccata accuſabunt miſerū
peccatorem. Prouerbi. v..

Iniquitates ſue capiēt impium: ⁊ funibus peccatorū ſuoꝝ quiſq; conſtringitur. Hinc eſt ꝙ per ꝓphetam dicitur. Funes peccatoꝝ circumplexi ſunt me quibꝫ inquam funibꝫ mali per diabolum trahent ad infernuz Tunc eīn cadent in retiaculo eiꝰ pctōres. ⁊ captio quā abſcondit apprehendet eos Legit de ericio ꝙ intrās ortum onerat ſe pomis figens ea in aculeis. Cum āt venerit ortulanus. tunc ericius volēs fugere impeditur ab onere. ⁊ ſic cum pomis cōphenditur ⁊ arreſtatur. Sic etiam accidit peccatori diuerſis pctīs onerato in die iudicij comphenditur ⁊ accuſabitur ab eiſdem.. Pſalmiſta. Cognoſcet dn̄s iudicia faciens in operibus manuū ſuaꝝ comprehenſus ē pctōr.. De quo Criſoſ. ſup matheum dicit. Ipſe cogitationes ⁊ ſpecialiter opera ſtabunt an̄ oculos nr̄os: accuſantes eos an̄ deū. dicēte apoſtolo. Cogitationibꝫ inuicē accuſantibꝫ. Bernar. Tunc opa nr̄a ſimul loquētia dicent ad peccatorē Tu nos egiſti. opera tua ſumꝰ. non te deſeremus. tecū erimus. tecum ad iudicium p gemus.. Nam vt dicitur Ezechielis. xviij Sicut iuſticia iuſti erit ſuper euz: ſic impietas impij erit ſup euz Hinc eſt ꝙ Pſalmiſta dicit Audite hec omnes gentes. auribus percipite qui habitatis orbem.. Cur timebo in die mala? id eſt in die iudicij: que non ſolum mala. immo peſſima eſt cuilibet peccatori. Ad quod reſpondit ſibi ipſi dicens Igitur nunc timebo. quia iniq̄tas calcanei mei circumdabit me.

❡Septimū ⁊ vltimū accuſans pctōrem ſunt tormenta ſiue inſtrumenta paſſionis ieſu chriſti. immo veriꝰ ipſemet chriſtus. Vn̄ Hieronymus. Crux chriſti contra te pugnabit. ⁊ chriſtus per vulnera ſua cōtra te alligabit. Cicatrices contra te loquentur. ⁊ clamde te conquerent. Hinc auguſtinus in tractatu ꝺ ſimbolo ſic dicit. Fortaſſis dn̄s in corpore ſuo cicatrices obſeruabit. vt in iudicio pctōribus exprobraret. ⁊ conuincens eos dicat. Ecce hoīem quē crucifixiſtis. ecce deuz ⁊ hominem in quem vos infeli-

ces credere noluiſtis. videte vulnera que infixiſtis. agnoſcite latus qḋ pupugiſtis. qḋ ꝓpter vos apertum eſt ⁊ intrare noluiſtis Tūc etiam ipſe chriſtus accuſās peccatores dicet illḋ qḋ. Nauū iij. habetur ſcriptū. Reuelabo pudenda tua. ⁊ oſtendā gētibus nuditatē tuā ⁊ regnis ignominiā tuam Ozee ſcḋo Reuelabo ſtulticiam eius in oculis mādatorum eius. ⁊ vir non eruet eū de manu mea O ꝙ̄ triſtes ⁊ ꝙ̄ deſolati erūt i hoc die miſeri peccatores Tūc enī ſcribitur. Apocalipſis .i. videbit eū oculus. ⁊ q̄ eum pupugerūt. ⁊ plāgēt ſuper eū oēs tribus terre Tunc peccator videbit ⁊ iraſcetur. dentibus ſuis fremet ⁊ tabeſcet

Qḋ iudiciū timēdū ē ꝓpter reddēdā rōnem.

Aliud quod iudiciū reddit timoroſū eſt ſtrictiſſima villicatōis nr̄e ratio de oībus ſingulariter faciēda. Luce xvi. Redde rationem villicationis tue Jam enī nō poteris amplius villicare. Chariſſime ſi eſſes rōnē redditurus mille florenorum corā dn̄o tempali iuſto prudenti ⁊ ſeuero. multū deberes ſollicitari ꝓ bona cōputatione facienda. Sis ergo multomagis ſollicitans ⁊ vigilans ꝓ reddēda ratione de cōmiſſis bonis corā deo ⁊ angelis ⁊ omnibus ſanctis. qbus tunc pn̄tibus ⁊ aſtātibus te neceſſario oportebit ꝯputare. nō ſolū de maioribus ꝯmetiā de minimis vſq ad vltimū q̄drātem vn̄ yſaie iij. Dn̄s ad iudiciū veniet cū ſenioribus populi ſui ⁊ principibus eius. Et zacharie xiiij. Veniet dn̄s deus meus oīeſq ſancti eius cū eo. videlicet ad iudicium generale. qḋ erit in publico coram oībus hoībus ⁊ non in occulto. ⁊ ideo tāto magis ē timendū. vn̄ ſophonie. iij. Mane iudiciū ſuū dabit i lucem. ⁊ nō abſcondetur Erit ergo rō multimoda de cunctis tūc reddēda. Prio videlicet de aīa a deo nobis data ⁊ ꝯmiſſa Si enī rex filiā ſibi dilectiſſimā quam i regno diſpoſuit facere reginam: alicui ꝯmiſiſſet ſubditorum ſuorum ⁊ ille eam male cuſtodiſſet. quis dubitat qn rex exigeret rationē de cuſtodia filie ſue taliter neglecte Quāto ergo faciet rex celorū de illo cui filiā ſuā .i. animā

ſpecialiter ſibi dilectam tra
didit in cuſtodiam: quam i
tendit ad dignitatē regiam
ſublimare in celis. ſi eā ma
le cuſtodiunt. nōne magnā
exiget inde rationē? Jō dici
tur deutronomij. iiij. Cu/
ſtodi temetipm ꝛ aīaȝ tuaȝ
ſollicite vn̄ Auguſtiꝰ Ma
ius eſt damnū in amiſſione
vnius aīe ꝙ̄ mille corporū
Unde bern̄. in libro medi/
tationū ſuaꝝ. Totꝰ iſte mū
dus ad vniꝰ aīe preciū eſti/
mari nō pt Et idē dt ibidē
Cur carnē tuā precioſ rebꝫ
impugnas ꝛ adornas. quā
pꝰ paucos dies vermes co
meſturi ſunt in ſepulchro?
Et aīaȝ tuā bonis opibꝫ nō
decoras. que deo ꝛ angelis
eius in iudicio ē penitēda.
Cur ergo animā vilipēdis
et ei carnē āponis? Dn̄aȝ
ancillari ꝛ ancillam dn̄ari:
magna abuſio eſt. Idem in
libro de ꝯtēptu mundi Ho
die filij hominū curam ani
me negligūt. curā autē car/
nis oī deſiderio pficiūt. ne/
ꝙ̄ em̄ peccare metuūt ſȝ pu
niri Tu ergo chariſſime no
li minus dignū plus dilige
re magis digno. noli corpꝰ
diligere ꝛ animā negligere.
Noli ancillam extollere ꝛ do
minam ꝑmittere ancillari.
Unde criſoſtiꝰ. in libro de
reparatione lapſi Si animaȝ
negligamꝰ nec corpus ſal/
uare poterimꝰ Non em̄ aīa
ꝑ corpore ſed corpus ꝑ aīa
factū ē. Qui ergo qd̄ p̄mū ē
negligit. ꝛ ſecūdū qd̄ īferiꝰ
eſt ꝛ extollit ꝛ cuſtodit vrtū
corrūpit Qui vero ordineȝ
ſeruat ꝛ qd̄ p̄mū eſt colit et
cuſtodit. ꝛ ſcdm̄ neglexerit
ꝑ primi ſalutem ſaluabitur
et ſecūdum Si ḡ volueris
animā tuā ſaluare. ꝛ bonam
inde domino rationeȝ red/
dere. ipſaȝ inſtrue ſcientijs
et virtutibꝫ diuinis Unde
dicit plato in thimotheo.
Ad hoc aīa eſt adiūcta cor/
pori vt fenoretur ſcientias
et virtutes. ſi cū magno fe/
nore venerit. benigne reci/
pietur a ſuo creatore. ſi au
tem relegabitur ad inferna
Secūdo reddēda erit rō de
corpore noſtro. Ipſū ſiqdē
eſt caſtꝝ a deo nobis tradi/
tum ꝛ cōmiſſum Bernard
Bonū caſtrū cuſtodit q̄ cor
pus ſuum cuſtodit Exiget
ergo ratio de cuſtodia huiꝰ
caſtri. videlicet ſi īimici do
mini. i. carnis voluptates
ꝛ vicia aliquādo ſūt recepti
ꝛ familiares eiuſdem ꝛ ami

eiuſdem ⁊ amici. id eſt vir//
tutes ⁊ bona opera abinde
turpiter ſunt effugati. Si
diabol⁹ ibi fuerit receptus
⁊ chriſtus verus dominus
cõfuſo modo ſit exclusus.
Quod ſi fecerimus magna
erit ſuſpitio de nota perdi//
tionis noſtre ⁊ īfidelitatis
et ſtabimus ad reddendam
exinde rationem Item cor
pus noſtrum eſt iumentuꝫ
a deo nobis conceſſuꝫ vt ip
ſo vtamur ꝓ anime noſtre
cõmodo ⁊ vtilitate. de quo
debemus reddere rationeꝫ
quo ad tria Vñ eccleſiaſti//
ci triceſimo tercio. Cibaria
virga ⁊ onus azino. panis
diſciplina ſeruo Tam azi//
nus ꝙ̃ ſeruus deſignat no//
ſtrum corpus. cui debetur
panis ad ſuſtentationeꝫ na
ture. virga diſcipline ad re
preſſionem laſciuie. ⁊ on⁹
boni operis ad ꝑfectum pe
nitentie Exiget igitur dñs
primo de hoc ſuo iumento
ſi illud pabuluꝫ diſcrete mi
niſtrauerim⁹ nõ nimis lau
te ipſum corpus nutriendo
Nam qui ſeruum ſuum de
licate nutrit: poſtea illũ ſen
tiet cõtumaceꝫ. vt habetur
puerbiorum xxix. Etiã nõ
nimis modicum de neceſſa
rijs ipſi corpi tribuẽdo. qḋ
ſi fecerimus reputabimur
propriorum corporũ ꝑemp
tores Contra quod loquitͬ
ſic beruardus. ī epiſtola ad
fratres de monte dei. Sũt
et alia corporum exercitia ī
quib⁹ neceſſe eſt laborare. ſi
cut vigilie ieiunia ⁊ huiuſ//
modi: que ſpiritualia non ī
pediunt ſed adiuuant. ſi cũ
ratione ⁊ diſcretione fiant.
quia ſi ex indiſcretionis vi
tio ſic agãtur vt vel deficiẽ
te ſpiritu vel languente cor
pore ſpiritualia impediant
q̇ ſic ē. corpori ſuo abſtulit
boni operis effectum. ſpiri
tui affectũ proximo exem//
lum. ⁊ honorem deo. ſacri//
legus eſt ⁊ horum omnium
ī deum reus Et ergo grego
ri⁹. xxx. moralium ſic ait. ꝑ
abſtinentiam carnis vicia
extinguenda ſunt. non caro
ſed neceſſe eſt vt artem cõti
nentie quiſꝗ teneat. q̇ non
carnem ſed vicia occidat.
Sepe enim dum in illa ho
ſtem inſequimur etiaꝫ ciuẽ
quem diligimus trucida⁹
¶ Secũdo exiget ſi virga
diſcipline illud correxeri⁹ a
rebellione ⁊ laſciuijs illud
cohibendo. Vnde bernar
dus ſuper cañ. Jugo diſci

pline ī ſolētia moꝝ ē domā/
da Itē dicit idē in ep̄la D
q̄s ꝯpoſitū reddi oēs corꝑis
necnō ⁊ mētis habitū diſcipli
na ceruicē ſbmittit. ⁊ ponit
ſupcilia. ꝯponit vultū ſigīt
oculos. cachinnos ꝓhibet
moderat līguā. frenat gulā
ceda irā ⁊ format icēſſū Ter
cio exiget dn̄s ſi ip̄ꝫ corpus
laborare fecerimus in opibꝫ
penitētie ⁊ virtutū Vn̄ au
guſti⁹. Propterea de para/
diſo emiſſus eſt adā ⁊ cōtra
edē habitauit. vt ſignifica
ret ꝙ in laboribꝫ q̄ ſunt deli
cijs ꝯtrarij erudiēda ē caro
peccati Vn̄ corp⁹ nr̄m re/
putādū ē aial laborioſū ad
opa penitētie facienda nob
a deo ꝯmodatū Noli ḡ illō
tenere ocioſū cū ignoras q̄s
diu penes te manebit ne im
pfcō opere penitētie ab illo
q̄ ꝯceſſerat forſitan īpuiſe
repetat᷑. Et ḡ dt criſoſ. Si
mutuo acceperis eqnum aut
boueꝫ īſtanter oparis. ⁊ di
cis forte. cras a me tolletur
quare hoc etiā non facis eq̄
corpori ſcꝫ tuo Sic ḡ iumē
tū tuū a chriſto tibi ꝯceſſuꝫ
diſcrete nutrias vt ſuſtētet᷑
natura ⁊ domēt᷑ vitia. Sic
ꝟga diſcipline corrigas vt
maneat ī obediētia ⁊ fulge

at caſtimōia. ſic ad laboreꝫ
īſtruas vt ꝓfuget᷑ ocia ⁊ fa/
ciat digna pn̄ie opa. tūc fi/
naliter poſſis dn̄o bonaꝫ ⁊
valētē ex inde reddere rōem
Tercio reddēda ērō de ꝓxi
mis. ⁊ p̄mo p̄r de filio. hoc
habet᷑ p̄mo. Reḡ heli punit⁹
ē ꝓ filijs ſuis eo ꝙ nouerat
illos indigne agere ⁊ nō cor
ripuit eos delīquētes. Vn̄
puer. xxix Erudi filiū tuū
Vn̄ q̄dam Si tibi ſit nat⁹
precantē corrige natū. Ne
ve ſuuꝫ luere poſſis de iure
reatum Item prelatis de ſu
is ſubditis Ezechiel. xxxiij.
Fili hominis ſpeculatoreꝫ
dedi te domui iſrahel. Au/
diens ergo ex ore meo ſmō
nē āñūciabis eis ex me Si
me dicente ad impium Im
pie. morte morieris: ⁊ lo/
cutus non fueris vt ſe cu/
ſtodiat impius a via ſua ⁊
ipſe in iniquitate ſua morit᷑
ſanguineꝫ ei⁹ de manu tua
requiram. Item eiuſ
dem. xxxiiij. Ecce ego ipſe
ſuper paſtores ⁊ requiram
gregem meum de manu eo
rum Item dominus ſi
ue princeps terrenus ratio
nem etiam reddet de ſuo in
feriori atq̄ꝫ ſubiecto. Hoc
patet numeri xxv. vbi legit᷑

q̄ principes a dn̄o iuſte ſūt
ſuſpendēdi in patibul' ꝓpter
peccatū populi. qꝛ fornica
tus fuit populus cū filiabꝰ
moab. que vocabāt eos ad
ſacrificia ſua. ꝛc̄. vt ibidem
legit' Tales ergo ſunt pn
cipes ꝛ plati de qbꝰ ſcribit'
hieremie xxv. Ululate pa//
ſtores ꝛ clamate. aſpergite
vos cinere optimates gre//
gis· qꝛ cōpleti ſunt dies vri
vt interficiami ꝛ cadet' q̄ſi
vaſa precioſa Uideāt ergo
plati eccīe ꝛ pncipes vni//
uerſe terre. qui alijs pſunt
ꝛ imparant. qualiter ꝯmiſ
ſum ſibi gregem vbo parit'
ꝛ exemplo inſtruūt. regūt.
defendunt. Prelati namq3
debent populum docere ꝛ a
lupinis hereticoꝝ inſultibꝰ
vulpiniſq3 fraudibꝰ ſagacit'
defenſare. Principes vero
terre debent peccātes corri
gere. ſibi ſubditis iuſticia3
ꝛ iudiciū facere. pupillos
ꝛ viduas. miſerabileſq3 p//
ſonas diligēt' ꝓtegere. nec
queq3 iiuſtis actionibꝰ ſeu
moleſtijs aggrauare Sci//
ant em̄ fore ſcriptū ſapiētie
vi. q̄ iudiciū duriſſimū in
his q̄ preſunt fiet. exiguo eni
ꝯcedit' miſericordia. poten
tes āt tormenta patientur

Ad vos oēs ergo platos ec
cleſie ꝛ principes vniuerſe
terre ſunt hi ſermones mei
vt diſcatis ſapientiā ꝛ non
excedatis. ac ſbditos ſic in
ſtruite diligite ꝛ defenſate.
vt duriſſimū hoc iudicium
vbi fortioribꝰ fortior ꝛ ma//
ioribꝰ maior iſtat cruciato.
ſecure in die nouiſſimo va//
leat' expectare Quarto rō//
denda erit ratio de omnibꝰ
operibꝰ ꝛ ꝯmiſſis Unde a
thanaſius in ſimbolo ſic dt
q̄ ad aduentu3 chriſti ōnes
homines reſurgere habent
cu3 corporibꝰ ſuis. ꝛ reddi
turi ſunt de factis ꝓprijs ra
tionē Et hoc eſt q̄ apoſtolꝰ
innuit ij. ad chorītheos v.
vbi dicit. Omēs nos mani
feſtari oportet añ tribunal
chriſti. vt recipiat vnuſqſ//
q3 ꝓpria corpis ꝓut geſſit.
ſiue bonū ſiue malu3. vñ ec
cleſiaſtici vltimo. Cuncta
que fiūt adducet dominus
in iudiciu3 ꝛ non ſolū mag
ꝛ grauia pctā: ſed etiā que
in oculis noſtris videntur
modica ꝛ quaſi nulla. Uñ
paruum quid videtur paſ//
ſus hominis. ſed de eo erit
ratio reddenda. Job decio
tertio Obſeruaſti omnes ſe
mitas meas. ꝛ veſtigia pe//

dū meoꝝ ꝯſideraſti. Et ſub
dit capitulo ſequenti Tu q̄
dem greſſus meos dinume
raſti Item xxxiiij. Oculi eꝰ
ſuper vias hominum. ⁊ ō//
nes greſſus eius cōſiderat
ſcʒ ad retribuendum quod
in illis perpetrauit Exem//
plū de āgelo numerāte paſ
ſus heremite de quo legit͛ i
vitiſpatrū Minus eſt ꝟbū
ocioſum. Et tn̄ ſic ſcribitur
mathei xij. De omni verbo
ocioſo qđ locuti fuerīt ho//
mines reddent de eo ratio//
nem in die iudicij Un̄ ſap.
primo Qui loquitur iīqua
non poterit latere. nec prete
riet illum correctionis iudi
cium Minimū videtur co
gitatio. vana ⁊ tamen dicit͛
ſapientie primo In cogita
tionibus impij īterrogatio
erit Et eiuſdem vi. Ipſe co
gitationes noſtras ſcruta//
bitur Unde yſaie vltimo
Ego autem opera eorū ve
niam ⁊ congregem cū genti
bꝫ videlicet ad iudicandū
prout gentes iudicabo De
quo habetur iohelis iij. In
diebus illis ꝯgregabo oēs
gentes ⁊ reducā eas in val
lē ioſaphat. ⁊ diſceptabo cū
eis ibi ſuper populo meo ⁊
hereditate mea iſrahel Dia
ergo opera cogitationes ⁊
ꝟba ſtrictiſſima iudicabun
tur Nā ⁊ dicit gregoriꝰ ſup
illud mathei xxiiij. Omnes
capilli veſtri numerati ſunt
Sic deus omēs vias nrās
conſiderat ⁊ greſſus dinu//
merat vt hec minime cogi//
tationes aut verba minutiſ
ſima q̄ apud vos valuerūt
in eius iudicio maneant in
diſcuſſa. Tunc eniʒ vniuer
ſa opera noſtra tanq̄ʒ in frō
tibus noſtris eſſent ſcripta
erunt omnibus manifeſta.
Nam vt ſcribitur eccleſia//
ſtici xi. In fine hominis de
nudatio illius operū Quin
to erit reddenda ratio nō ſo
lum de malis commiſſis ſʒ
etiaʒ de bonis pretermiſſis
Unde mathei xxv. tunc di
cet rex his qui a ſiniſtris eiꝰ
erunt. Diſcedite a me male
dicti in ignem eternum qui
preparatus eſt diabolo ⁊ ā
gelis eius Eſuriui ⁊ non de
diſtis mihi manducare. et
cetera que ſequuntur Et fu
it vna de cauſ͛ quare diues
epulonō inuenit aq̄ refrige
rationem quia pauper laza
rus de micis eius menſe ni
hil potuit obtinere.
¶ Item non ſolum de com
miſſ͛ ⁊ omiſſ͛ reddetur ratio

ſed etiam de tempore ꝑdito
in quo mala facta ſunt. ⁊ bo
na pulchra neglecta Unde
eccleſiaſtici xvij. Numerū
dierū ⁊ tempus dedit illis
dominus: vt ipſis ſalubrit᷑
ad eius honorem ⁊ propriā
ſalutem vtētur Quod mul
ti tamen vilipendūt ⁊ tēp⁹
īutiliter ꝯſumūt. De quib⁹
bernardus ad ſcholarem cō
queritur ſic dicens. Nihil
precioſius tpe ſed heu nihil
vilius reputat᷑ Tranſierūt
dies ſalutis. ⁊ nemo recogi
tat. nemo ſibi perire diem ⁊
nunq̄ redituram cauſatur
Sed ſicut nō peribit capil
lus de capite: ita nec mo/
mentū de tpe videlicet de q̄
ratio non exigetur O quan
tū hoc timebat beatus An/
celmus in meditationibus
ſuis ita dicēs. O lignū ari/
dū eternis ignib⁹ dignū q̄d
eñi rñdebis in illa die cū ex
iget a te vſq; ad ictū oculi ō
ne tps viuendi tibi īpenſū
q̄liter fuerit a te expenſum.
Et ideo dt ſapiens Eccle.
iiij. Fili conſerua tps. Se
xto ⁊ vltimo reddenda erit
ratio de oībus donis a dño
deo perceptis.. Ipſe eñi do
minus nihil dat: de quo nō
velit habere rōnē. Uñ po
tius videtur cōmodare q̄m
ſimpliciter dare Ipſe eñi re
quiret rōnem de oī dato. ſi/
ue ſit ſpirituale. vt ſunt bo/
na aīe naturalia acquiſita
⁊ infuſa ſiue corporalia vt
ſunt fortitudo agilitas ⁊ pl᷑
chritudo. ¶ Siue tpalia
vt ſunt diuitie ptātes ⁊ ho/
nores. De his oīb⁹ p; exem
plariter ⁊ parabolice Mat
thei. xx. de q̄nq; talentis Et
luce. xix. de nobili qui tradi
dit ſeruis ſuis diuitias De
quib⁹ oīb⁹ oportuit rō red/
di. ⁊ ꝯputatio fieri ſpecia/
lis Et ergo ſicut ſcribit᷑ iob
xix. Scito eſſe iudicium. ſ.
breuiter faciendum. in quo
de omnib⁹ ⁊ ſingulis ſupe/
rius iam poſitis ratio ſtri/
ctiſſima exiget᷑. Quare dice
bat Job. xxxi. Quid faciā
cū ſurrexerit ad iudicādum
dñs. ⁊ cum queſierit q̄d rñ
debo illi? O q̄; velociter ve
niet querens ⁊ interrogans
de oībus operibus noſtris
Nam iuxta eſt dies perdi/
tionis ⁊ adeſſe feſtinant tē/
pora. ſcilicet quando iudi/
cabit dominus populū ſu
um. Quia vt dicit᷑ Abdie ꝓ
mo.. Iuxta eſt dies domini
ſuper omnes gentes. Ipſe
nāq; dicit in apocalipſi ter

cio. Ecce venio cito. Et er-
go dicit in euangelio Mar
ci. xiij. Uigilate neſcitis ei
quando dñs veniet. .an me
dia nocte an gallicantu. an
mane. ne cū venerit repente
inueniat vos dormientes
Quod āt vobis dico omni
bꝫ dico. Uigilate: vigilate.
Nā ſi non vigilaueris veni
am ad te tanq̃ fur. ꝛ neſcies
qua hora veniam ad te
Item apocalipſ vltimo.
Ecce venio cito. ꝛ merces
mea mecum ē reddere vni-
cuiqꝫ ſm opera ſua Et ergo
chariſſime cū de tot ꝛ tantꝭ
oportebit te iam cito ꝛ qua
ſi improuiſe ꝛ ſubito rōnē
reddere: ſꝑ vigila. diligent
te examina. conſciam quoꝫ
tuaꝫ funditus expurga Ut
cum dñs ad iudicādum ve
nerit poſſis eidē ꝯuenient
reſpondere Et in oculis eiꝰ
gratiam ac veniam peccato
rum miſericorditer inueni
re Et hoc eſt qđ ſuadet tibi
Eccleſiaſtici xviij. ibi dicit
Ante iudiciū temetipm̄ iter
roga ꝛ in ꝯſpectu dei īueni
es ꝓpitiationem.

¶ Qđ iudiciū timendū
ſit ꝓpter ſnīe ꝓlationem

Ultimū quod finale
iudiciū reddit formi
dabile ꝛ paueſcēdū ē horri-
bilis ſentētie expectatio. q̄
a iudice tūc crudeliter ē ferē
da Hec āt ſententia eſt terri
bilis ſpecialiter ꝓpter tria
Primū eſt incertitudo ſetē
tie ſiue dubitatio Nulli em̄
ꝯſtat an pro ſe vl' cōtra ſe fe
ratur Nam vt dicit eccleſi.
ix. Sunt iuſti atqꝫ ſapien
tes. ꝛ opera eoꝝ ī manu dei
ſūt. ꝛ tū neſcit hō vtꝝ odio
an amore dignus ſit. ſed ō-
nia ſeruantur incerta. Unñ
legitur in vitiſpatꝝ. qꝛ cum
abbas agatō moriturus ꝑ
tres dies ſtaret immobilis
aptis oculis. ꝛ fratres eum
pulſarēt dicentes. Abbas
vbi es? Reſpondit in ꝯſpcū
oim̄ aſpcūi iudicꝭ aſſiſto Et
dixerūt fratres Tu times.
Dixit Intima ꝟtute q̄ po-
tui mandata dei cuſtodiui
ſed homo ſum neſcio vtꝝ
opera mea accepta ſint co-
rā dō. qꝛ alit' ſūt dei iudicia
ꝛ aliter hominum. Et ideo
nec ꝯfido niſi venero añ de
um Dicit em̄ gregoriꝰ. Se
pe iuſticiam meā ad examē
diuine iuſticie inducta iniu
ſticia eſt ꝛ plerūqꝫ ſordet in
ꝯſpctū iudicis. qđ ī intenti
one fulget operātꝭ. Unñ pro
uerbioꝝ. xiiij. Eſt via que

videt hominib⁹ recta ⁊ no//
uiſſima ei⁹ ducūt ad interi
tū Et q̄ iſte ſanct⁹ pr̄ agatō
hec cordialiter aduertebat
ideo q̄uis in mandatis dei
cuſtodiendis diligētiſſim⁹
fuit. futuꝝ tn̄ iudiciū valde
timuit ⁊ expauit Jtem legi
tur adhuc in vitiſpatꝝ qꝙ q̄
dam ſenex dixit Tres res ti
meo. vnam videlicʒ qn̄ aīa
mea egreſſura ē de corpore
Alia qn̄ occurſura ē ipi do
Tercia vero qn̄ finalem ſē
tenciā ī die nouiſſimo expe
ctauerit auditura. ecce q̄lit
multi ſanctoꝝ patrū h̄ iudi
ciū timuerūt. ꝓpter incerti//
tudinem ſentencie tūc feren
de Et vero merito valde ē ti
mendū Unde mathei vij ⁊
ſūt ꝟba ſaluator. Multi
dicent mihi dn̄e dn̄e. nōne ī
noīe tuo ꝓphetauimus ⁊ de
monia eiecimus: ⁊ ꝟtutes
multas fecimus Et tūc ꝯfi
tebor illis dicens Diſcedi//
te a me q̄a nunq̄ꝫ noui vos
Si ꝓphete ⁊ fugātes demo
nes ⁊ miracula ī dei noīe fa
cientes tunc repellent: quiſ
tam ſancte hic poſſʒ viuere
qꝙ in hoc iudicio non habe//
at tremere ⁊ pauere Null⁹
veriſſime cū non ſit mūdus
a ſorde ſup terrā. etiā nec in
fans vni⁹ diei. Hinc eſt q̄d
ſcribitur yſaie. lxiiij. Facti
ſumus oēs nos vt imūdus
quaſi pānus mēſtruate vni
uerſe iuſticie nrē. Jgitur de
oībus operib⁹ nris in hoc
iudicio producendis quan
tumcumq̄ꝫ etiam videātur
bona ſiue iuſta. debem⁹ me
rito formidare. Unde iob.
ix. Uerebar ōnia opa mea
Si beatus paulus vas ele
ctionis: q̄uis de nullo pec
cato ſibi cōſcius fuerit Di//
cit enim actuū xxiij. Ego ō
ni bona ꝯſcientia conuerſa
tus ſum apud deum vſq̄ꝫ in
hodiernum diem Tamē ſi//
cut ſcribitur eccleſiaſtici v.
De ꝓpiciatu pctōꝝ noli eſſe
ſine metu. Uñ ꝑmo ad cho
rintheos iiij. quaſi pauēdo
dicit. Nihil mihi conſcius
ſum ſed in hoc iuſtificatus
non ſum Hinc gregori⁹ ait
Juſti autem viri omne q̄d
agunt metuunt dum caute
conſiderant ante quantum
iudicem ſtabunt. Omnes
enim ſtabimus ante tribu//
nal chriſti vt ſcribit apoſto
lus ad romanos xiiij. Et er
go ego miſerrimus quid di
cam vel quid faciam dū nil
boni ꝑferā ante tātū iudicē
Scdm eſt illius ſententie

dura ꝛ lamētabilis. ymmo intolerabilis prolatio. cuꝫ dicitur: Unde mathei xxv. Cum venerit filius homi- nis in maieſtate ſua ꝛ oēs ā geli cum eo. tunc ſedebit ſu per ſedem maieſtatis ſue. Et ꝯgregabuntur āte eum omnes gentes et ſeperabit eos ab inuicem ſicut paſtor ſegregat oues ab hedis. Et ſtatuet quidem oues a dex tris. hedos āt a ſiniſtr. Tūc dicet rex his qui a dextr eꝰ erunt Uenite benedicti pa tris mei poſſidete paratum vobis regnū a ꝯſtitutione mundi Eſuriui ꝛ dediſt mi hi mādūcare. ſitiui ꝛ dedi- ſt mihi bibere. ꝛ cetera que ſequūtur Tunc dicet ꝛ his qui a ſiniſtris eius erūt Diſ cedite a me maledicti in ig- nē etn̄ū q̄ paratus eſt ꝯſtitu tōne a diabulo ꝛ angel eius Unde quidā Judicis in li te breuis eſt, vox ite venite. Dicetur reprobis ite. veni te bonis O gratioſiſſimū dulce chriſti alloquium cuꝫ dixerit Uenite O durū ꝛ a maꝝ ymmo intolorabile ꝟ bum cū ꝓnunciauerit Diſ- cedite a me maledicti in ig- nem eternuꝫ. ſiue ite Uere vere Aſpera vox ite. vox eſt benedicta venite Un̄ btūs bernardꝰ ait. O q̄ꝫ praue ꝛ intime a ſiniſtris erit ite: cū a dextri vox venite dicꝫ rex largitor vite Jſte eſt gladiꝰ ab vtraqꝫ pte acutus exiēs de ore filij hominis. Ut ha betur apocalipſ pmo. ꝛ et decimonono Certe tūc per cutiet terram ꝟga oris ſui ꝛ ſpiritu labioꝝ ſuoꝝ īterfici et impium Ut habetur eſa ie vndecimo O q̄ꝫ terribile eſt illam vocem tunc audire Unde auguſtinus ſuꝑ ioā nem q̄ ceciderunt ad voceꝫ vnam morituri chriſti. q̄d facient ſub voce iudicaturi Jpſe ſiq̄dē rugiet tanq̄ꝫ leo Amos tercio.. Leo rugiet quis non timebit: Jtem eſa ie v. Rugitus eius vt leōis Jtem hieremie xxv. Domi nꝰ de excelſo rugiet ꝛ de ha bitaculo ſuo dabit vocem ſuam. perueniteqꝫ ſonus eius ad extremum terre. qr iudicium domino cum gen tib. Certe tunc vox domi ni confringentis cedros nā tunc dominus confringet cedros libani Hoc eſt ſuꝑ- bos ꝛ eleuatos eius ſpecia les inimicos. Qui mox vt honorificati fuerint ꝛ tan- q̄ꝫ cedri exaltati queadmo-

dum ſumus deficient. cum in hoc iudicio humiliati fuerint a domino. ⁊ quaſi penitus ad nihilum redacti. Hec etiã vox domini erit ſicut tonitruuꝫ verberãs terram Ideo iob xxvi. tremẽs dicebat Quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri Vñ pſalmiſta Intonuit de celo dominus ⁊ altiſſimus dedit vocem ſuaꝫ Job xxxvij. tonabit dominus voce ſua mirabiliter q̃ facit magna ⁊ mirabilia. Hĩc ancelmꝰ i meditationibus ſuis dicit Quid dormitas anima tepida ⁊ euomi digna Qui ñ expgiſcitur q̃ nõ tremit ad tantũ tonitruum. nõ dormit ſed mortuꝰ eſt. Iteꝫ ꝟbum domini erit ad modũ choruſcãtis. Vñ zacharie ix. Exibit vt fulguri iaculuꝫ eius ⁊ dominꝰ ĩ tuba canet. Certe ſicut dꝛ yſaie xxvij. In die illa clangetur tuba magna Hinc dt Criſoſtimus ſup illd. Mathei xxiiij. Virtutes celoruꝫ mouebũtur Vere vox magna vox tube terribilis cui oĩa obediũt elementa Que petras ſcindit. inferos apit portas ereas frangit. vincula mortuoruꝫ diſrumpit. ⁊ de pfundis abiſſi liberatas animas corporibꝫ ſuis reddit. ⁊ ad iudiciũ ire ↄpellit Hec omnia citius cõſumẽtur in opere. tanq̃ ſagitta tranſit in aere Dicente apoſtolo. i. ad chorintheos xv. In momẽto in ictu oculi in nouiſſima tuba De hac etiã tuba dt hieronymꝰ ſup mathe Quotiẽs diẽ illũ ↄſidero. toto corde contremiſco. Siue etiã comedo ſiue bibo ſiue aliquid aliud facio ſemper videtur illa horribilis tuba ſonare ĩ auribꝫ meis. Surgite vos mortui venite ad iudiciũ Hunc diem frequẽter debet cogitare q̃libet tribulatꝰ ſeu onere pñie agguatꝰ. ⁊ magnũ iñ ſuſcipieti aĩa ſbleuamẽ Vñ gre. in omelia Diem illum fratres chariſſimi ante oculos veſtros ponite: ⁊ quicquid modo graue cernitur in eiꝰ ↄparatione leuiatur. Debemus etiam hanc diem expaueſcere ⁊ timere. nã hec dies ire. dies magna ⁊ amara valde. Unde ſophinie primo Vox diei domini amara tribulabitur ibi fortis dies ire dies illa. tribu-

latiõis ⁊ āguſtie. dies cla
mitatis ⁊ miſerie. dies tene
brarũ ⁊ caliginis. dies ne
bule ⁊ turbinis: dies tube ⁊
clangoris. Item yſaie iiij.
Sol cõuertetur ĩ tenebras
⁊ luna in ſanguinem. ante//
q̄ꝫ veniat dies domini mag
nus ⁊ horribilis O quantũ
metuebat beat⁹ bernardus
hũc diem quādo dixit Luz
recordor moritur⁹ terret ter
ror me venturus. quē expe
cto nõ ſecurus. terret dies
me terroris dies ire ⁊ furorꝫ
dies luctus ⁊ meroris. dies
vltrix peccatoris De h̄ etiā
die ait ſic idem in ſermone
Audi ſtabunt ante tribualꝰ
chriſti. At audiāt vocem iu//
dicij. qui obturauerunt au
rem ſuā ad vocez ꝯſilij. q̇d
enim loquitur deus. Agite
inquit penitētiam. Multi
tamen diſſimulant multi ꝯ
tinent aures ſuas: ⁊ dicunt
Durus eſt hic ſermo. nõ ſic
impij nõ ſic Tunc intonet
durus ſermo verbũ aſperũ
cũ ꝓnunciatum fuerit. Ite
maledicti in ignem eternuꝫ
Quid ergo dicent in die illa
terribili miſeri peccatores
perpetue condemnati. cum
viderint ſanctos ad regnuꝫ
vocari. atq̄ꝫ ſemetipſos ad

mortis ſupplicia eternalit̄
deſtinari. Certe ſicut dici//
tur ſapientie quinto. Re//
mentes pre anguſtia ſpiri//
tus dicēt intra ſe penitētiā
agentes Hi ſunt quos ali//
quādo habuimus in deriſũ
⁊ in ſimilitudinem impro//
perij Nos inſenſati vitam
illorum eſtimauimus inſa
niam. ⁊ finem illorum ſine
honore Quomodo ergo cõ
putati ſunt inter filios dei
⁊ inter ſanctos ſors illoruꝫ
eſt. Nos errauimus a via
veritatis ⁊ lumen iuſticie n̄
illuxit nobis. ⁊ ſol intelligē
tie nõ eſt ortus nobis Laſ//
ſati ſumus in via iniquita
tꝫ ⁊ perdicionis. ⁊ ābulaui
m⁹ vias difficiles. viā autē
domini ignorauim⁹ Quid
nobis ꝓfuit ſuperbia. aut
quid diuiciarum iactantia
ꝯtulit nobis. Tranſierunt
omnia illa tanq̄ꝫ nauis que
ꝑtranſit fluctuantē aquam
cuius cum preterit non eſt
veſtigium inuenire. Certe
hec confeſſio ⁊ penitētia tūc
erit nimis tarda. Penite//
bunt quidē ad penā. ſed nõ
conuertentur ad veniam.
Nam tunc non erit ampli⁹
locus miſericordie ⁊ venie
ſed equitatis ⁊ iuſticie. cuꝫ

ꝓnunciat᷑ a tremēdo iudice
Ite ⁊ venite O quātum hec
ſententia eſt ab omnibꝰ me
tuenda. Uñ legit᷑ ꝙ ꝗdam
ſanctus cum ſpūs fornica//
cationis ipſū grauiter tēp//
taret exorauit dñm vt temp
tator ei viſibilit᷑ appar̄rꝫ qꝺ
et factū ē Tunc ſauctus ille
ait Quid tibi ꝓdeſt ꝙ me ſic
temptas. eſt em̄ ſūma fatui
tas. Noſti namqꝫ ꝙ cū ali//
quē in peccatum ꝑcipitas.
pctm̄ tuum aggrauas. ⁊ ex
ꝯſequēti ſic penam tuā aug
mentas Reſpondēs demō
ait. Scio inqͣt verū eſſe qꝺ
loq̄ris. ſcio em̄ ꝙ quāto plu
res peccare fecero tāto dieꝫ
iudicij amplius retardabo
Illaꝫ āt diē ſup oīa reformi
do in qua duraꝫ illā ſenten
tiā me auditurꝝ expecto Ite
maledicti in igneꝫ eternum
qui ꝑatus eſt diabolo ⁊ āge
lis eius Et vt fulmīationeꝫ
illiꝰ ſententie ſaltem ad tem
pus valeam retardare. idꝺ
nitor hoīes tā grauiter tēp//
tare. O deꝰ eterne quātum
tunc demones ⁊ miſeri pec
catores timebūt ⁊ a voce
tonitrui tui formidabunt.
Et ergo ſi voluer̄ hāc vocē
nō timere. ⁊ in illa die mag
na ⁊ horrbili ſecurus eſſe. ſe
mina nūc oꝑa pietat̄ iuſti//
cie ⁊ miſericordie O ꝙ̄ꝫ felix
fuerit ⁊ multū beatꝰ. ꝗ nūc
intelligit ſuper egenū ⁊ pau
perem. in illa die liberabit
cū dominus Uñ puerbioꝝ
xi. Bñfacit aīe ſue vir miſe
ricors. facit etiā dignos fru
ctus Nam ꝗ nūc ſeminant
in lachrimis ⁊ dolore tunc
veniētes venient: portātes
manipulos ſuos cū magna
exultatione. Sed multi nūc
ſeminant ſpinas ⁊ zizania.
putantes ſe tūc triticū meſ//
ſuros. non ſic impij non ſic
Que enim ſeminauerit hō
hec et metꝫ. ꝺt aplꝰ ad gala
vi. Et ergo ꝺt dñs Ozee x.
Araſt̄ impietatē īiquitatē
meſſuiſt̄ Unde qui ſemina
uerit pctm̄ ⁊ actus nequi//
cie metet iehennalē penam
Qui vero ꝩtutes ⁊ oꝑa pe//
nitētie: colliget gl̄aꝫ ſempit᷑
nam. ꝗ bona egerūt ibūt in
vitam etuā. ꝗ vero mala in
ignem eternū Opera enim
illorꝝ ſequūtur illos Apoca
lip᷑ xiiij. nam oꝑa tunc ſal//
uabūt. ⁊ oꝑa ꝯdemnabūt.
Hinc eſt qꝺ dicit᷑ ioannis
v. Ueniet hora in qua oēs
ꝗ ī monumētis ſūt: audiēt
vocem dñi. ⁊ ꝓcedent ꝗ bo
na fecerunt in reſurrexionē

vite. q̄ vero mala in reſurre
ctionē iudicij. vn̄ Apocal.
ij. dicit iudex affutur⁹ Ego
ſum ſcrutans renes ꝛ corda
ꝛ dabo vnicuiqꝫ ſm opa ſu
a. Nam vt dr̄ abdie. primo
Sicut feciſti fiet tibi. Et er
go ſcribit̄ Hiere. l. Et ſunt
ỽba iudicis ad angelos ma
los de pctōꝛe ꝯdēnato ſic di
centis. Reddite ei ſm opus
ſuū. iuxta oīa que fecit faci
te illi: Et ergo ſi volueris ā
te chꝛiſtū autumnū bonū
habere ꝛ multis fructib⁹ a//
bundare. ſemina nūc largi//
ter in hoc vere huius pn̄tis
vite. nā qui parce ſeminat:
parce ꝛ metet Et q̄ ſemināt
in benedictionib⁹ de bn̄di//
ctionib⁹ ꝛ metēt. Vt habet̄
ſcd̄o ad choꝛitheos x. Sic
etiaꝫ q̄ ſeminat ī maledicti
onib⁹ ꝛ peccatis: de eiſdeꝫ
metet Nā vt dicit̄ ꝓuerbio
communi qd̄ ſibi q̄ſquis ſe
rit preſent̄ tp̄e vite Hoc ſi//
bi meſſis erit cū dicit̄ ite ve
nite. Terciuꝫ vero ꝓpter qd̄
ſententia iudic̄ eſt terribil̄
ꝛ deſolata ē oī doloꝛe plena
dāṅatoꝝ a deo ꝛ angelis. ꝛ
ab ōnib⁹ ſanctis ſeparatio
eterna. cū pars ſiniſtra a de
monib⁹ rapiet̄. Jn inſtāti ei
ꝛ ſine moꝛa illa hoꝛribil̄ ſen
tētia ab oꝛe chꝛiſti ꝓmulga
ta erūt parati demoēs cru//
deliſſimi rapiētes aīas mi//
ſeroꝝ. ducentes eas velocit̄
ad ſupplicīū ſempit̄nū. hoc
etiā patꝫ figuratiue Heſter
vij. de miniſtr̄ aſſueri reḡ
q̄ erant auidiſſimi ad ſuſpē
dendū aman Vn̄ dr̄ ibideꝫ
necnō ỽbū de oꝛe regis exi//
bat ꝛ operuerūt faciem ei⁹
miniſtri regis Sic diaboli
ſtatim in illo die erunt para
tiſſimi ad recipiendū ſtatiꝫ
animas peccatoꝝ Et hoc ē
qd̄ dicitur ī lamētationib⁹
Hieremie. i. capi: Omnes
ꝑſecutoꝛes eius appꝛehēde
runt eam. Vn̄ chꝛiſoſti⁹ in
libro de reparatione lapſi
Cogita ſeuos illos ꝛ hoꝛrē
dos penaꝝ miniſtros q̄ pec
catoꝛes ṗcipitant ad ſuppli
cia ſempiterna. Jtem hugo
de ſancto victoꝛe Toꝛtoꝛes
hoꝛribiles q̄ nūq̄ miſeren//
tur erunt parati vt data ſen
tentia te damnatū rapiant
ad toꝛmēta ſempit̄na Tunc
miſerando miſer lamentan
do dicet Suſceperūt me ſi
cut leo paratus ad pꝛedam
ꝛ ſicut catulus leonis habi
tans in abdit̄ O doloꝛ ief//
fabilis o pena indicibil̄ ta//
lis amariſſime ꝑſecutionis

Vñ bernardꝰ in meditatio nibꝫ ſic ait. Quis putas ma ioꝛ erit. q̇s luctus. q̄ triſtici a. qñ ſeperabūꞇ mali a ꝯſoꝛ tio iuſtoꝝ ꝛ a viſione dei. ꝛ traditi in poteſtatem demo nū: ibūt cū illis ī ignē eꞇnū. Ibi qꝫ erūt ſine fine ī luctu ꝛ gemitu. Procul elongati a beata patria ꝑadiſi ꝛ in ie henna nūq̄ꝫ lucez habituri iuxta quātitatē culpe penā ſuſtinentes. tunc illi miſeri peccatoꝛes de omni redēp// tione deſperātes vſqꝫ ī eꞇnū non videbūt lumē. nā inte// ribūt in īferioꝛa terre. tradē tur in manꝰ gladij ꝑtes vul piū erūt h̄ eſt ipoꝝ demonū q̇ ſunt fraudulenti ꝛ neq̇ſſi mi ad nocēduz oībꝫ De hac ſeparationis pena. ſic dicit chꝛiſoſtiꝰ in libꝛo de repara tione lapſi. nōnulli īperito rum putant ſibi ſatis eſſe ꝛ optabile videri ſi tantum// modo careāt iehēna Ego āt multo grauioꝛes q̄ꝫ iehēnaz eſſe dico cruciatus.. remo ueri ꝛ abijci ab illa gloꝛia. nec puto acerba eſſe iehēne ſupplicia Vt ſunt illa De q̇ bus audi quid dˀt beatꝰ pe trus Toꝛquetur is qui arce tur a ꝯſpecto chꝛiſti hoc cre de mihi penis oībꝫ grauiꝰ.

Et h̄ ſolū eſt qđ ſuꝑat ꝛ iehē nam Vñ idem ſuꝑ illđ ma thei xvi. Excideꞇ ꝛ in ignez mitteꞇ. Intoloꝛabilis res ē iehenna ꝛ ſuppliciū hoꝛribi le Tamē ſi mille quis iehē// nas ponat. nil tale eſt durū quale ab honoꝛe illiꝰ gloꝛie ꝓpelli ꝛ exoſuz eſſe a chꝛiſto Nam ſcđm auguſtinū Re// ꝓbi mallent oē toꝛmentū ſu ſtinere q̄ꝫ videre faciem iu// dicꝭ irati Vñ iohelˀ ſcđo. A facie eiꝰ ꝯtremuit terra. mo ti ſūt celi ꝛ ſtelle retraxerūt ſplēdoꝛē ſuum. a facie eiꝰ re plicabūt populi. Certe dñe tunc peccatoꝛes īfirmabūꞇ ꝛ peribūt a facie tua Et hoc ꝑ doloꝛe nimio. cū eā vide// rint auerſā. ꝛ quo ad ipſos teꝛribiliter cōmtoam ꝛ cru deliſſime dicētez illud hiere mie xviij. Doꝛſū ꝛ nō faciez oſtendā eis in die ꝑditionis eoꝝ O q̄lis ſeperatio. O q̄ꝫ grauis ꝛ amara tūc diuiſio cuiuſlibet peccatoꝛꝭ a facie domini taliter īdignantis. ꝛ hoꝛribiliter dicētꝭ. Amen dico vobis neſcio vos Vñ q̇dā Charoꝝ triſtꝭ diſceſſus triſtoꝛ iſtis Coꝛpoꝛis ꝛ aīe triſtiſſimus a deitate. Cha riſſimi ꝓpˀ hec oīa ſupꝛadic ta ꝛ quaſi infiīta alia q̄ bre//

nitatis cauſa omittunt. ex-
pgiſcimini ꝛ leuate capita ve
ſtra: ac omni timore ꝛ tremo
re diē illū pcauete. Nam ſi-
cut dꝛ ſophonie pmo Juxta
eſt dies dñi magnꝰ iuxta et
velox nimis. Et ergo dicit
eſa ye xiij. Vigilate. qꝛ ꝓpe
eſt dies dñi ſicut. vigilate i
taqꝫ qꝛ neſcitis diez neqꝫ ho
rā ita vt ſcribit mathei xxv.
Vñ prime ad theſſalonicēn
vltio Frēs iſta diligēt̄ ſcitis
qꝛ dies dñi ſicut fur ita ī no
cte veniet. Cum em̄ dixerit
pax ꝛ ſecuritas tūc repenti
nus eis ſupueniet īteritꝰ et
ſicut dolor in vtero habenti
ꝛ non effugient Vos autez
fratres iam nō eſtis in tene
bris vt vos dies illa tāquā
fur comphendat Vos eniz
filij lucis eſtis ꝛ filij dei Igi
tur nō dormiamꝰ ſicut cete
ri ſed vigilemus ꝛ ſobrij ſi-
mus Hec vbi ſupra. Jtē lu
ce xxi. Attendite vobis ne
forte grauētur corda veſtra
in crapula in ebrietate ꝛ cu
ris huius vite ꝛ veniat ſup
vos repētina dies illa tāqꝫ
laqueus enim ſuperueniet
in omnes qui ſedēt ſuper fa
ciem vniuerſe terre Vigila
te ita qꝫ fratres omni tēpore
orantes vt digni habeami

ni omnia iſta fugere que vē
tura ſunt. ꝛ ſtare ante filiuz
hominis Hec omnia ibidē
Nam in veritate ibi erit ti
mor ꝛ tremor ꝛ intolerabi-
lis dolor. Unde Johelis ſe
cundo. Magnus eſt dies
domini ꝛ terribilis valde ꝛ
quis ſuſtinebit eum? Et eti
am Eſaie. ſecūdo. Et introi
bunt in ſpeluncas petraruz
a facie formidinis domini:
ꝛ voragine terre. ꝛ a gloria
maieſtatis eius cum reſur-
rexerit percutere terrā Tūc
enim in fremitu cōculcabit
terram. ꝛ in furore obſtupe
faciet gentes. Sicut ſcribi
tur Abacuc. tercio. Et ideo
dicitur Eſaie decio.. Quid
facietis in die viſitationis:
ꝛ calamitatis delonge veni
entis. ad cuius fugietis au
xilium? Certe peccatori tūc
nullum erit refugium: nul-
lum ſolamen ſeu adiutoriū
Unde Ancelmus. in libro
de ſimilitudinibus ſic dicit
de peccatoribus venienti-
bus ad iudiciuz. A dextris
erunt peccata accuſantia. a
ſiniſtris infinita demonia.
Subtus horridum cahos
inferni. deſuper pſentia iu-
dicis irati. Foris mundus
ardens. intus conſcien-

tia vrens. vir iuſtus ſalua-
bitur peccator autē ſic dep̄
henſus quo fugiet. latere tē
erit impoſſibile. ⁊ apparere
intolerabile Itē eſt dicta
ſentētia eo magis formida
bilis ⁊ timēda. q2 nō ſolum
corp⁹ diiudicat ſed etiā ip
ſam animam cōdēnat. Vn̄
legit in exēplo Duo fratres
quoꝝ vnus erat fatuus ⁊ al
ter ſapiens. ibant parit ea-
dem via. Cū autē veniſſēt
ad biuium vbi erāt due vie
vna delectabilis ⁊ pulchra
reliqua vero inabil ⁊ aſpe-
ra Fatuus videns viā dele
ctabilem. dixit ſapienti Ea
mus p hanc viam Sapiēs
reſpōdit Frater ⁊ ſi via iſta
delectabilis ē. tamē ad ma-
lum hoſpiciū ī fine deducit
Vnde ꝯſulo p aliam viam
tranſeam⁹. nā quāuis ipſa
ſit aſpera ⁊ inabilis. tamen
ducit finaliter ad hoſpiciū
laudabile ⁊ pulchrū nimis
magne honeſtat ⁊ quietis
Reſpōdit fatu⁹ frater Ma
gis volo oculis meis crede
re q̄ʒ tibi de hisque tu nō vi
des Et ſic ſe poſuit ille fatu
us in via delectabili ⁊ ame
na Nō ſapiens videns no-
lens eum relinquere ipſum
ſequebat Pergētes āt parit

inciderunt ſtatim in latro-
nes q̇ eos ab iuicē ſepantes
poſuerūt ī carcerib diuerſ
Factum ē āt vt rex illi⁹ terre
preciperet q̄dam die ōnes ī
carceratos ad ſe adduci. vt
ipſos iudicaret ad mortem
Venientes āt iſti duo fra-
tres inter ceteros cū ſe mu
tuo viderēt. ſapiēs ſic dixit
regi. O dn̄e mi rex ⁊ iudex:
valde conqueror vobis de
iſto fratre meo Nā cum eſſe
mus pariter in via. ⁊ ip̄e ſit
fatuus ego vero ſapiens ſū
reputat⁹ Ipſe em̄ mihi no-
lebat credere vt iuiſſemus
p quādam bonam viā quā
ſibi demōſtraui ſed fecit me
ſecū ire p quandam viā ma
lam. vbi cecidim⁹ inter la-
trones vnde reus eſt mort
mee Ad hec fatu⁹ dixit Do
mine mi rex Ego aduerſus
fratrē meū maiorem habeo
cauſam ꝯquerendi Nā cū
ip̄e ſapiens ſit non debuiſſ
tam faciliter me ſecutus fu
iſſe p viam quam ſciuit fore
malam Quod ſi non feciſſ
rediiſſem vtiq ⁊ ſecut⁹ cū
fuiſſem ⁊ p̄ſens periculum
nullatenus incurriſſet Vn̄
ꝑe reus ē mortis mee. His
ꝟbis ex vtraq pte auditis
rex talem ꝑtulit ſentētiā di-

cens Tu fatue noluiſti ſapi enti credere. ꝛ tu ſapiens ſecutus es fatuum igit͛ vos ambo debetis morte ꝯdemnari Sic ergo erit fratres chariſſimi in die iudicij. ꝛ in cōſummatione ſeculi cum exibunt anime de latibul' ſuis ꝛ corpora d' ſepulchris ſuis ad recipiendū iudiciū de ꝯmiſſis ōnibꝰ operibꝰ ſuis ꝛ omiſſis Nam corpus fatuum qꝛ noluit ſequi cōſilium anime ſapientis. ꝛ ſpiritus ſapiens qꝛ ſecutus eſt corpus fatuum Igitur ꝯdēnabuntur ambo in iudicio extremo Et hac de cauſa ſētentia iudicis dicitur gladius ex vtraq; ꝑte acutus. vt habetur apoca. primo Nā percutiet taꝫ quo ad corpꝰ q̄ȝ quo ad animam miſeruꝫ peccatorem Vñ mathei. x. Illū timete qui poteſt corpus ꝛ animam perdere in iehennam Item dictam ſentētiam reddit multum formidabilem ꝛ timendam qualitas ipſius iudicis. Eſt eniꝫ ferenda a iudice circumſpecto immo prudētiſſimo qui non poterit falli. Nam oīa ſibi ꝯgnita ſunt ꝛ nota Ipſe em̄ nouit abſcōdita cordis ſcrutās corda ꝛ renes deus

Unde ad hebreos iiij. Oīa nuda ꝛ aparta ſunt oculis eius Deus eniꝫ intuetur cor vt habetur primi regū. xvi. Vñ eccleſiaſ. xxiij. Oculi domini multo plus lucidiores ſunt ſole: circūſpicientes omnes vias hominum ꝛ ꝓfundū abiſſi ꝛ hominuꝫ corda intuentes in abſcōditas partes. Et ergo vt dicit boetius. Magna nobis indicta eſt bene faciēdi neceſſitas cum agamus oīa ante oculos iudicis cernētis Itē hieremie xxxij. Oculi tui aꝑti ſunt ſuꝑ omnes vias filiorum adam. ꝛ reddas vnicuiq; ſecundum vias ſuas. ꝛ ſecundum fructum adinuentionum eius

¶ Iſte eſt iudex valde metuendus: cui perſpicabile omne ſolidum ꝛ apertum. omne ſecretum. cui obſcura clarent. muta reſpondēt. mēs ſine voce loquitur. ꝛ ſilentium confitetur. Nec etiam ſententia ferenda eſt a iudice nouiſſimo. qui non poterit flecti. Nam iudicabit orbem terrarum in iuſticia ꝛ populos in equitate. nullius etiam veretur potētiā. nec alicuius accipit perſonā. nec aliquo munere tunc

placat̃ Vñ deutronõ. x. De
us magnus potens ꝛ terri//
bilis q̃ ꝑſonã nõ accipit nec
munera. Certe tũc plus va
lebit pura ↄſcia q̃ȝ marſubia
plena Tũc diuitibus nihil
ꝓderit diuitiaꝝ copia. ſȝ ſo
lum pietatis ꝛ iuſtitie ꝓſũt
oꝑa Vñ ezechiel' vij. Argẽ
tum eoꝝ foras eijciet ꝛ auꝝ
eoꝝ in ſterquiliniũ erit Ar//
gentũ ꝛ aurũ non valebit li
berare in die furoris domi//
ni Tunc apparebit dol⁹ ſcl'i
falſitas, mũdi. ac vilitas ꝛ ĩ
dignitas oĩȝ diuitiaꝝ O q̃ȝ
dulce. q̃ȝ iocũduȝ erit tũc o
diſſe mũduȝ. q̃ȝ triſte. q̃ȝ a
maꝝ habuiſſe mũduȝ carũ
Hec ſententia ferẽda ẽ a iu
dice q̃ p̃cibus nõ corrumpi
tur neqȝ mitigat̃. Prouer.
vi. Non acq̇eſcet cuiuſq̃ȝ p̃
cib⁹ Vñ chriſoſtom⁹ Ibi ã
geli ꝓ hominib⁹ nõ ĩtercedẽt
Quia iuſtus iudex tũc non
faciet miſericordiã ſȝ reddȝ
vnicuiqȝ ſ̃m merita vel de//
merita equã. ꝛ ĩflexibileȝ iu
ſticiam Vñ ezechielis vij.
Scd̃m viaȝ eoꝝ faciaȝ eis
ꝛ ſ̃m oꝑa eoꝝ iudicabo eos
ꝛ ſcient q꞉ ego domin⁹ Vñ
iob ix. expaueſcẽs dicebat.
Verebar oĩa oꝑa mea ſciẽs
q꞉ nõ ꝑc꞉ delinquẽti De his

oĩb⁹ ait Berñ. in ꝓſa Juſte
q̇dem iudicabit nec ꝑſonaȝ
acceptabit p̃ce nec corrũpe
tur : ſic nec p̃cib⁹ flectet̃. Et
igit̃ labora diligẽt̃ illuc de//
ferre iuſticiaȝ. vbi mĩaȝ nõ
poteris inuenire Nã vt ſcri
bit̃ ꝓuer. xi. Nõ ꝓderũt di
uitie in die vltionis. ſȝ iuſti
cia liberabit tunc a morte.
Chariſſime ſi ſcholares lcõ
nes ſuas neſciẽtes valde ti//
ment de examĩe mgrĩ. q꞉ for
ſitan acriter corrigẽt̃. Quã
tũ habẽt tunc timere miſeri
peccatores de extrema audi
tione ſummi mgrĩ ꝛ iudicis
q̇ nõ ſtuduerũt in libro iuſti
cie ꝛ veritat꞉ Certe in hoc ex
amine q̃ nũc malignãt̃ exter
mĩabunt̃ Iniuſti em̃ puniẽ
tur ꝛ ſemen impioꝝ peribit
Econtra ꝟo tunc in memori
a et̃na erũt iuſti ꝛ ab auditi
one mala nõ timebunt. Et
ideo dicit̃ Eccl. viij. Añ iu
diciũ para tibi iuſticiã Hec
ſñia et꞉ feret̃ a iudice crude
li ꝛ ↄmoto q̇ nõ poterit pla
cari Nã dñs q̇ nunc uatura
lit̃ mãſuetus ẽ vt agn⁹ tunc
apperebit q̃ſi leo rugiẽs cru
delis ꝛ ↄmotus vñ ozee xiij
ꝛ pñt eſſe verba dñi de aua
ris guloſis ꝛ ſupbis ĩ die iu
dicij ſic dicẽt꞉ Iuxta deſide

ria ſua adipleta ſūt ⁊ ſatura
ti ⁊ eleuauerūt coꝛ ſuū ⁊ ob
liti ſūt mei Et ero eis q̄ſi lee
na ⁊ ſic pꝺꝰ i via aſſiroꝝ occ//
raʒ eis q̄ſi vrſa rapt⁊ catul ⁊
diſrūpā iterioꝛa iecorꝭ eoꝝ ⁊
ſumaʒ eos quaſi leo. Quid
em̄ crudeliꝰ iſtis beſtijs po
terit inueniri. Itꝫ dicit dn̄s
ad impiū ꝯdemnādum illō
Ezechie vij. Finis venit ſu
per te ⁊ emittā furoꝛē meuʒ
in te. ⁊ iudicabo te iuxta vi
as tuas ⁊ ponā cōtra te oēs
abhoīationes tuas ⁊ non ꝑ
cit oculꝰ meꝰ ſuꝑ te ⁊ abho
minationes tue ī medio tui
erūt. Et ſcitꝭ q2 ego dn̄s. ve
nit tempus ꝓpe eſt dies occi
ſionis. nūc de propīquo ef//
fūdaʒ furoꝛē meū in te. Cer
te dn̄e ſicut ignis cōburit ſil
uā ⁊ ſicut flāma ꝯburēs mō
tes Ita tūc ꝑſequeris illos
in tēpeſtate tua ⁊ in ira tua
turbabis eos. Tūc em̄ exar
deſcet ſicut ignis ira tua. et
in furoꝛe obſtupefacies gē//
tes. De quo dicit̄ eſa ve xxx.
Ecce nomē dn̄i de lōgi quo
veniet ardēs furoꝛ eiꝰ ⁊ gra
uis ad poꝛtāduʒ labia eius
repleta ſūt indignatione ⁊ li
gua eiꝰ q̄ſi iguis deuoꝛās ⁊
ſpiritꝰ eiꝰ quaſi toꝛrēs īun
dans vſq3 ad medium colli

ad ꝑdendas gentes ad nihi
lū Nūc furorem ꝑuidit iob
in ſpiritu cum dixit. Quis
mihi tribuat vt in inferno ꝓ
tegas me ⁊ abſcōdas me do
nec pertranſeat foroꝛ tuus.
Vere tāta erit tc̄ ſeueritas
iudicis. q2 nec verbis pote//
rit exprimi nec mente cogi//
tari Omnia eniʒ iudicia ab
initio mundi ſuper huma//
num genus habita ſunt tan
quam ſtille ⁊ ſcintille reſpec
tu furoꝛis dn̄i quem in hoc
iudicio exarcebit Ecce q3 di
ſtrictus veniet ad iudiciuʒ
qui mitꝭ reſurrxit ⁊ ad celuʒ
aſcendit Vnde dicit grego
rius. in omelia ſuper illud
ioannis. viceſimo.. Tho//
mas vnꝰ ex duodecī qui dr̄
didimus ſic ait. Fratres vi
tam veſtram moꝛeſq3 cōpo
nite ⁊ is qui mitꝭ reſurrexit
a moꝛtuis. q̄3 ſtrictus in iu//
dicio veniet preuidete.
Certe in die tremendi exa//
minis ſui cum angelis et ar
changelis: cum thꝛonis et
dominationibus. cū pꝛin//
cipatibus et poteſtatibus
apparebit. celis et terris ar
dentibꝰ cunctiſq3 elemētꝭ in
obſequij ſui terroꝛe ꝯmotꝭ
Nūc ergo tāti pauoꝛis iu//
dicem ante oculos veſtros

ponite. hunc vētuꝝ timete. vt hūc ventuꝝ nō timidi. ſꝫ ſecuri videatis. Timēdus eſt ꝗ modo. ne tūc timeatur Terror eꝰ ad vſum bone actionis nos exerceat. metꝰ illius vitā nrām a prauitatibꝫ ꝯpeſcat Certe ſi aliqs veſtꝝ cū ſuo aduerſario cauſā dicturus in iudicio die craſtina eſſet exhibēdꝰ totā fortaſſe noctē inſomnē ducerꝫ qd ſibi dici poſſet. qd obiectionibꝫ rñderet. ſecum ſollicita ⁊ eſtimanti mente ꝟſaret. vt iudicem ne inuenirꝫ aſpeꝝ vehementer metuerꝫ ⁊ noxius appareret formidaret. Et qs ego. aut qd ego. Nimiꝝ non longe futurus poſt hoīem vermis. pꝰ vermem puluis Si ꝗ tāta cura ꝓtimeſcitur iudiciuꝫ pulueris: q̄ intentione cogitandū eſt. q̄ formidine ꝓuidendū ē iudiciū tāte maieſtatis Hec ōnia idem vbi ſupra. Sunt ⁊ qdaꝫ alia ꝓdictam ſēmam grauātia. Primū videlicet qꝛ ibi nō eſt ptās reſiſtēdi. Sapie. xi. Virtuti brachij tui qs reſiſtet. Et Jſaie. xiiij. Quis reſiſtet iudicio tuo. Vere nullus pt reſiſtere. ſed oēs generaliter oꝫ ꝯparere ac ſēmam ſummi iudicꝭ ſiue velint ſiue nolit: corā āgelis expcāre. Jpſe ei loqtur ꝑ Jſaiam. xlvij. ad pctōrem ꝯdemnādum ī hec verba. Reuelabit̄ ignomīa tua. ⁊ videbit̄ obprobrium tuū. Vltiōem capiā ⁊ nō reſiſtet mihi hō. Vñ Job. ix. Deus cꝰ ire reſiſtere nēo pt Nā ſi fortitudo q̄rit̄ robuſtus eſt Vñ heſter. xiij. Dñe deus rex oīps. in ī dcōne tua cūcta ſunt poſita. ⁊ nō eſt q poſſit reſiſtere volūtati tue Tu eñ feciſti celū ⁊ terrā. ⁊ qcqd celi ambitu ꝯtinetur. dñs oīm tu es. nec ē qui reſiſtat maieſtati tue. Jſte ē magnus dñs ⁊ fortꝭ ⁊ potēs. cꝰ magnitudīs ⁊ potētie non ē nūerus neqꝫ finis. Nulluꝫ etiā q̄tumcūqꝫ magnū ipſe tiebit. Sap. vi. nō verebit̄ dñs magnitudiem cuiuſq̄ꝫ qm̄ puſillū ⁊ magnuꝫ ipē fecit. Oēs ei ſubiecti erīt pedibꝫ eꝰ ⁊ tiebunt ipm in die illa vehement̄. Vñ Eze. vij. Jn die iudicij ⁊ furoris dm̄ rex lugebit. ⁊ ꝓnceps induetur merore ⁊c. Jtē Apoca. vi. Reges terre ⁊ ꝓncipes ⁊ tribuni ⁊ iudices diuites ⁊ fortes. ⁊ omnis ſeruus ⁊ liber. abſcondent ſe in ſpelūcis ⁊ in petris montium. Et di-

cent montib⁹ Cadite ſuper
nos ⁊ abſcõdite nos a facie
ſedẽtis ſup thronũ. ⁊ ab ira
agni qm̃ venit dies magn⁹
ire. Et ibidez. xviij. Flebũt
⁊ plangẽt reges terre qui in
babilone fornicati ſunt. ⁊ i
delicijs vixerunt cũ viderit
fumũ incendij ei⁹. longe ſtã
tes ꝓpter timorẽ tormentoꝝ.
Certe tũc erit tribulatio ma//
gna q̃lis non fuit ab inicio
mundi vſq; mõ. Vñ dicit.
Mat. xxiij. Scdm eſt ꝙ di
ctam ſmam aggrauat. q2 ñ
eſt ibi locus pctõꝛib⁹ ſe ab//
ſcondendi ſeu occultandi..
Nam vt dt beatus Ancel//
mus Latere tunc erit ipoſſi
bile. ⁊ apparere intolerabile
Vñ Job. xxxiiij. . Nõ ſunt
tenebre. ⁊ non ẽ vmbra mor
tis ibi vt abſcondant q̇ ope
rant iniq̇tatem. Jt bernar
dus in ſermone. Audi ſta//
bunt añ tribunal chriſti: vt
audiãt vocem iudicij q̇ ob//
turauerit aures ſuas ad vo
cem ↄſilij. Vt ſuperius al//
legatum ẽ. Chariſſiẽ hũc di
em time. hunc dñm ⁊ iudi//
cem oĩa iudicaturꝝ cordiali
ter expaueſce. vt eo diligẽti
us poſſis pctã deuitare Nã
vt dr eccl'.i. Timor dñi ex//
pellit pctm̃.. Et alibi. Jn ti
more dñi oĩs homo decliat
a malo Terciũ eſt qd di
ctam ſmam aggrauat. q2 ñ
eſt ibi loc⁹ ad aliũ appellãdi
nec ſpaciũ appellãdi Unde
pſal. Quo ibo a ſpũ tuo: ⁊
q̃ a facie tua fugiã Si aſcẽ//
dero in celũ tu illic es: ſi de
ſcẽdero ad infernũ ades. vñ
dt dñs de peccatore Amos
ix. Fugient ⁊ non ſaluabit
ex eis q̇ fugerit ſi dñderit vſ
q; ad infernũ inde man⁹ me
a educet eos.. Et ſi aſcende
rint vſq; ad celũ inde trahã
eos. ⁊ ſi abſconditi fuerint
in vertice carmeli inde ſcru
tans auferã eos. Et ſi cela//
uerint ſe ab ocul' meis in fũ
do maris. ibi mandabo ſer
pẽti ⁊ mordebit eos. ⁊ ſi ab
ierint in captiuitatẽ corã in
imicis ſuis.. ibi mandabo
gladio ⁊ occidet eos ⁊ ponã
oculos meos ſup eos in bo
no ⁊ in malo Et ergo Job. x
dñs oĩa iudicaturus ſic dt.
Non eſt q̇ de manu mea poſ
ſit eruere. Certa ſunt plane
video vbiq; nos ĩueniet ma
nus oĩpotentis. Vñ autor
de curru aĩe Quid facies di
ues nuſq̃m tutus bñ viues
Quo te ↄuertes: quo curſũ
perdite vertes. Quo verteſ
curſum non tutus es hic ne

qꝫ ſuſum . Si miſer aſcen-
dis celos vel ad īfera tēdis
Imperat in celis ferus ē vl'
ad infera telis. Si mare q̄-
ratur rex iſte mari dn̄atur..
Nuſquam tutus eris ſed v
biqꝫ repertus haberis. Ue
re vere ita nl'libi patebit fu
ga vel in morte nec in vita.
O q̄m bene aduertebat hoc
beatus Eleaſarus q̄ ſic inq̄
ens dicebat. Manus oīpo
tentis neqꝫ viuꝰ neqꝫ defun
ctus effugiam Ut habetur
ij. Machabe. vi. Ex dictis
igitur patꝫ multipliciter ꝙ
finale iudicium erit omni-
bꝫ metuēdum. ꝛ hoc ꝑpt' ac-
cuſationeꝫ plurimoꝝ ibi ſu
ſtinendam. Et ꝑpter ratio-
nem vniuerſoꝝ generaliter
reddēdam. Et ꝑpter diffini
tiuā ſn̄iam tunc a iuſto iu-
dice horribiliter proferēdā
Huius ergo memoria ꝑſer
uat non immerito quemli-
bet a peccatis

¶ Sequūtur exempla de
ſecundo nouiſſimoꝝ

De extremo iudicio.

¶ Legit' in libro d' ortu car
thuſienſiū ꝙ q̄daꝫ doctor ꝑ
cipuus. ꝛ vita vt videbat' ꝛ
fama doctrina ꝛ ſapīa inter
oēs doctores pariſienſis ex
cellenter honoratus ꝛ mira
biliter grōſus graui ꝛ vltīa
infirmitate ꝑuentus nō din
decumbens diem clauſit ex
tremū.. Cūqꝫ tota die illa q̄
d'functus ē more pariſienſi
in aula fune in feretro decū
bente fuiſſent cātata officia
defunctoꝝ. in craſtino ma-
ne ꝯgregata ibidem vniuer
ſitate pariſienſi tam ſchola
rium q̄ꝫ doctoꝝ vt tam ho-
norabili viro ſolēnis ꝛ vene
rabilis ꝑberetur funeral' of
ficij ſepultura. Cum igit' re
uerēdi viri feretrū in q̄ funꝰ
iacebat eleuare vellēt ad ec
cl'am deferēduꝫ ſubito cunc
tis ſtupētibꝫ q̄ mortuꝰ vide
bat'. ꝛ erat eleuato capite re
ſedit in feretro ac oībꝫ audiē
tibꝫ alta ꝛ terribili voce cla
mauit. Iuſto dei iudicio ac
cuſatꝰ ſū. Et h̄ dicto caput
depoſuit ꝛ decubuit mortu
us ſicut ꝑus Qua voce cūc
ti attoniti ꝛ territi delibera
uerūt ip̄m illo die nullo mō
fore ſepeliēdū ſꝫ vſqꝫ ad cra
ſtinū reſeruādū. Mane g' ſe
q̄uti cuꝫ multitudo mag' cō
ueniſſꝫ. dictūqꝫ funus ſicut
ꝑus vellēt ad ecc'iam depor
tare. defunctꝰ ſicut ꝑus ele
uato capite doloroſa ꝛ terri
bili voce intonuit Iuſto d' i

iudicio iudicat⁹ ſum. quaꝫ
vocē multitudo audiēs ꝛ i//
telligēs ſtupuit plusq̄ꝫ ꝑus
Et alterutrꝫ interrogantes
q̄d ſibi vellēt tā inſoliti ꝛ in
expti defuncti clamores. ad
huc determinauerīt ipm ni
ſi in alio craſtino nullaten⁹
tumulādū. Tercia vero die
cū ꝓpter iſta ꝓdigia fere to//
ta ciuitas ꝯueniſſꝫ ꝛ funus
cunctꝭ ꝑpatis ad tumulum
vellēt deportare defunct⁹ ſi
cut ꝑus iā tercio altiſſima ꝛ
meſtiſſiā voce ꝑſonuit.. Iu
ſto dei iudicio ꝯdēnat⁹ ſuꝫ
Qua horribili ſīma audita:
q̄ſi oēs immēſo fuerīt timo//
re ꝛ tremore ꝑculſi certi fa//
cti d̄ ꝯdēnatione tāti viri q̄
inter alios videbat̄ hoēſtate
vite claritate fame dignita
tis excellentia ꝛ multiplici
ſcia ꝛ ſapia ꝑfulgere. Ea tē
peſtate erat ibi mgr̄ bruno
doctor famoſus. natiōe teu
tonic⁹ de colonia. nō obſcu
ris ꝑentib⁹ natus. eccie eti
am remēſis canonic⁹. ꝛ ibi
dē ſcholariū mgr̄ q̄ ſupradi
ctis vocib⁹ ſalubriter terri
tus atq̄ꝫ ꝯpunct⁹ allocut⁹ ē
q̄ſdam ſocios ſuos ibi ꝑſen
tes. infraſcriptis vel ſil'ib⁹
ꝟbis dicēs. Eia chariſſimi
q̄d faciem⁹? Oēs ſil'perim⁹
n̄ ſaluabimur niſi q̄ fugerit
Si i viridi h̄ in arido fit q̄d
fiet? ſi hō tāte dignitatꝭ tāte
līrature. tāte ſcie: q̄ videbat̄
tā honeſte vite q̄ erat tā cele
bris fame ſic indubitāter ē
dānatus. q̄d nos miſeri ho
mūculi faciē⁹? Si lugubri
voce vni⁹ homuncionis tā
horribili ac ſtupēdo timore
ac tremore ꝯcuſſi ac ſtupefa
cti ſum⁹. q̄d faciem⁹ cuꝫ ru
git⁹ leonis cū extremi iudi
cij tuba in aures nrās ꝑcre
buerit cū oēs audierimus.
Surgite mortui venite ad
iudiciū. quō in tā horribili
iudicio vbi colūne celi ꝯtre
miſcēt. ꝛ āgeli trebūt ꝛ triti
cogēt̄ appere Ubi tc̄ latebi
m⁹. Impoſſibile erit latere
itolerabile appere. Fugia⁹
igit̄ a facie gladij. ꝑoccupe
m⁹ faciē dn̄i in ꝯfeſſione. ve
nite adorem⁹ ꝛ ꝓcidam⁹ an̄
deū. plorem⁹ corā dn̄o q̄ fe
cit nos. Poſtq̄ꝫ igit̄ vocē e⁹
audiuim⁹ n̄ obdurem⁹ cor
da nrā. ſꝫ exeam⁹ de medio
babilonis. egrediamur pē//
tapolim. igne ꝛ ſulphure iā
ſuccēſam. ꝛ exēplo btī Pau
li heremite. ꝛ ſci Antonij ar
ſenij euagrij. ꝛ alioꝝ ſcōrū
cū btō Joanne baptiſta an
tra deſerti q̄ramus in mon

tibꝫ nos ſaluos faciam⁹ vt
eterni iudicis irã ⁊ ſentẽciã
dãnationis eterne euada⁹
⁊ ꝑuenire poſſim⁹ ad portũ
⁊ tranquillatem ſalutꝭ etñe
His ⁊ ſimilibꝫ ꝟbis ⁊ ſentẽ
tijs ſeip̄m ⁊ quoſdaȝ ſocios
alloqñs ⁊ exhortãs Delibe
rauerũt ipſe ⁊ ſex alij viri ꝓ
bi ſecũ abrenũciare mũdo ⁊
oĩbꝫ pompis eius ⁊ ad ꝑfec
tam penitẽtiam peragendã
heremi deſerta ꝯpetẽtia q̃rere
⁊ ibidẽ relictis oĩbꝫ delitijs
diuitijs ⁊ honoribꝫ hu⁹ mũ
di accipe ſinguli cruces ſu//
as ⁊ nudum xp̄m nudi ꝑ ar
tam viam ſeq̄ ⁊ lataȝ ac ſpa
cioſam deſerere que amato
res ⁊ ſectatores mũdi ꝑdu
cit ad ſupplicia dãnatorum
Et q̄ audierãt famam ſan//
ctitatꝭ ſãcti. Hugonis epiſ
copi gracianopolitani qui
pri⁹ aliq̄ tempore eiuſdem
magiſtri brunonis in ſcholꝭ
ſocius credit̃ extitiſſe ſpiri//
tu ſancto inſpirãte ſimul ad
ſanctum epiſcopum memo
ratũ accedere decreuerũt ⁊
eiuſdem ꝯciliũ ⁊ auxiliũ re
q̄rere vt in eius dioceſi quã
audierãt multis deſertꝭ mõ
tibꝫ abundare locum ꝯgru
um obtinerẽt in q̄ ſuũ ſanc//
tum ac ſalubre ꝓpoſitũ poſ//

ſet effectũ mancipare Sep
tem igitur ſancti viri infra//
ſcripti ꝑfata de cauſa ad p̄//
dictũ ſanctũ epiſcopũ duce
ſancto ſpiritu ꝑuenerũt Et
vt vtar omnino ꝟbis ſcrip
tis in legẽda vite ſancti hu//
gonis epiſcopi memorati ꝑ
ſummũ pontificẽ inocẽtiuȝ
q̄ eũ canoĩzauit approbata
⁊ cõfirmata adeſt magiſter
bruno vir religioſus ſciẽtia
q̄ȝ famoſiſſimus honeſtatꝭ
⁊ grauitatis ac totius ma//
turitatis quaſi quoddã ſi//
mulachrũ Habebat ãt ſoci
os magiſtꝝ lauduinuȝ qui
poſt eũ extitit ꝑor carthuſie
⁊ duos ſtephanos hij ſãcti
rufi canonici fuerunt ſed de
ſiderio vite ſolitarie eis ſeſe
ꝯiũxerũt hugonẽ q̄ȝ q̄ȝ ꝯg//
nominabãt cappellanuȝ eo
q̄ ſolus ex ipſis ſacerdotis
officio fungeret̃ duos quoȝ
laicos quos appellamus ꝯ
uerſos andream ⁊ garinum
Querebãt ãt locum heremi
tice vite cõgruũ necdum q̄ȝ
repperãt Hac igit̃ ſpe ſimul
⁊ ſuaui ſãcte cõuerſationis
odore trahẽte venerũt Quoſ
epiſcopus non ſolũ gratãt̃
ſed et reuerenter ſuſcepit et
tractauit ⁊ voti cõpotes fe
cit Ipſo nãq̄ȝ cõſulente iu//

uante ⁊ cõmunicãte carthu
ſie ſolitudinẽ ĩtrauerĩt atq̃
extruxerĩt anno dñi milleſi
mo octogeſimo quarto epi
ſcopatus ꝓo dicti ſãcti hu
gois q̃rto viderat autez p̃fa
tus ſãct⁹ epiſcop⁹ circa idẽ
tẽp⁹ ꝑ ſõniũ in eadez ſolitu
die deũ ſue dignationi habi
taculũ cõſtruentẽ ſeptẽ etiã
ſtellas itineris ſibi ducatũ
preſtãtes erãt ꝓo hi ſeptẽ. q̃
propt̃ñ iſtoꝝ tãtũ ſꝫ ⁊ q̃ ſuc
ceſſerĩt eis ↄſilia libẽter ãple
xus ẽ ⁊ vſq̃ ad mortẽ cartu
ſie habitatores ↄſilijs ſꝑ et
bñficijs fouit. licꝫ ꝓo ⁊ pri
mit⁹ diuini amoris tot⁹ ar
deret incẽdijs nõ alit̃ tamẽ
ad diſcipline celeſtis exerci
tia eorũ exẽplis ac fãiliari
tate inferbuit q̃ſi flãmanti
quis faci plures alias circũ
ponat ardẽtes. Erat aũt et
cũ eis nõ vt dñs aut epiſco-
pus ſꝫ vt fr̃⁹ ⁊ frater humil
limus ⁊ ad cũctoꝝ quãtum
in ipſo erat obſequia para-
tiſſimus. adeo vt vir vene-
rabil' wilhelm⁹ tũc prior ſã
cti laurẽtij poſtea ſci theofri
di abbas magiſtro brunoĩ
eciã ipẽ religioſa deuotõe ñ
mediocrit̃ alligat⁹ btĩ hugo
nis ↄtubernal' bini q̃ppe tẽ
ꝑ ſigulas habitabãt cellas
apud magiſtꝝ brunonẽ non
leuit̃ cõquerer̃ q͛ pene õnia
ad huĩlitatẽ ſpectãtia intra
cellulã ſibi pri pareret officia
et epũs nõ ſaltẽ ſecũ vt ſoci⁹
ſed potius ↄuertaret̃ vt famu
lus Jntãtũ autẽ heremum
deuot⁹ incolebat ⁊ ſedulus
vt eũ magiſter bruno nõnũ
quam exire cõpelleret dicẽs
Jte ad oues vr̃as eisq̃ qđ
debetis exſoluite

¶ Aliud

Refert doctor iacobus car-
thuſſẽſis in libro de peccatꝭ
mẽtalibꝫ crĩnalibꝫ. Duo fra
tres religioſi honeſte cõuer
ſationis ſe mutuo cordialit̃
dilexerũt ĩt̃ quos vn⁹ mor
tu⁹ alteri apparuit ĩ orõne
ꝑcumbẽti. Quem viu⁹ vi-
dens in vili habitu et vultu
meſto iq̃ſiuit cur ſic appa-
reret. Rñdit defũct⁹ tribꝫ vi
cibꝫ dicens. Nemo credit.
nemo credit. nemo credit.
Queſiuit viu⁹ quid eſſꝫ qđ
nemo credit. Rñdit defũct⁹
q̃ diſtricte iudicat de⁹ ⁊ q̃
ſeuere punit. His dictis diſ
paruit et viuentem fratrez
magno timore cõcuſſũ dere
liquit

¶ Aliud

❡ Quidam rex fuit magnꝰ
ꝛ glorioſus ꝛ factū ē ꝓcedē
te illo in curru deaurato cū
regali obſequio obuiaſſe il
li duos viros attritis ꝛ ſor
didis indutos veſtibꝫ atte-
nuatas macie ꝛ pallidas fa
cies habētes. vt ḡ rex vidit
illos deſiliēs ꝯfeſtim de cur
ru ꝛ in terram ꝓcidēs ado-
rauit ꝛ ſurgens amplexus ē
eos affecctuoſe oſculans
Magnates vero illiꝰ ac ꝓ-
ceres de hoc indignati ſunt
arbitrātes eū feciſſe indig-
na regali gloria nō tamē au
ſi in faciem illum reprehen
dere germano fratri eiꝰ ſug
geſſerūt vt ei loqueretur ne
tāte excellētie diademati tā-
tam inſerat ꝯtumeliā. Qui
cū fratri iſta diceret ꝛ eius
humiliationem reprehēde-
ret ei rex reſponſū dedit qḋ
tū ille non intellexit Cōſue
tudo autē erat illi regi quā-
do ſentētiā mortis cōtra ali
quē dictabant ꝑconē ſuum
ante ianuam illius cū tuba
huic officio deputata mitte
re Cuius voce omnes cog-
noſcebant mortis reum eſſe
Veſpe igitur veniēte miſit
rex buccinaꝫ mortis tubici
nare ante ianuam fratrꝭ ſui
Quam cū audiſſet ille de ſa
lute deſperāſ tota nocte ſua
diſponit ac ſummo dilucu-
lo nigrꝭ ꝛ lugubribꝫ indutꝰ
ueſtibꝫ cū vxore ꝛ filijs ꝑgit
ad fores palacij flēs ꝛ lugēs
Quē rex ad ſe ingredi fecit ꝛ
vidēs eū lugētē ait. O ſtul
te ꝛ inſipiens ſi tu ſic timu-
iſti ꝑconē germani fr̄is tui
aduerſus quē te nihil deli-
quiſſe ꝯgnoſcis. quō mihi
reꝑhenſionē ītuliſti q̄ ī hu
militate ſalutaui ꝛ oſculatꝰ
ſum ꝑcones dei mei ſonora
biliꝰ tuba mortē mihi ſigni
ficātes ꝛ terribilem dn̄i oc-
curſum cui multa ꝛ magna
meipm peccaſſe cōſcius ſuꝫ
Ecce deniqꝫ tuaꝫ arguēs īſi
piētiam iſto vſus ſuꝫ modo
Nūc vero ꝛ illoꝝ q̄ te miſe-
runt ad mei reꝑhēſionē ſtul
ticiaꝫ arguere curabo ꝛ ita
frēm īſtructū remiſit domū
ꝑcepit aūt fieri de lignis q̄t
tuor arcellas ꝛ duas q̄dem
vndiqꝫ auro coop̄tas oſſa-
qꝫ mortuoꝝ putētia mittēs
in eis aureis obſerauit ſerꝭ.
Alias vero duas pice ꝛ bi-
tumine liniens repleuit la-
pidibꝫ ꝑcioſis ꝛ īeſtimabili
bꝫ margaritis ꝛ ōniuꝫ vngē
toꝝ odoribꝫ funiculꝭqꝫ cilici
nis aſtrixit: deīn accerſiri fe
cit reꝑhēſores ſuos magna

tes ſcȝ illos ⁊ proceres ⁊ po
ſuit añ eos q̃ttuor ipas ar/
cellas vt eſtimaret quãto q̃
de iſte quãto ṽo illo ꝑcio ſit
ꝯdigne. Illi ṽo de auratas
magni ꝑcij iudicauer̃t Ex/
pedit em̃ iquiũt regalia dia
demata poni Que ṽo illini
te pice ⁊ bitumie erãt vili q̃
dam ⁊ exili ꝑcio dignas dix
erunt Rex ãt dixit ad illos.
Sciebã ⁊ ego talia vos dic
turos exteriorib; em̃ oculis
exteriora cernit;. ⁊ tñ nõ ita
oporteret facere. ſȝ internis
ocul' intrinſec⁹ repoſita ex/
pedire ſiue honorẽ ſiue ꝯtu
meliã Et mox ꝑcepit vt ape
rirẽt arcelle de aurate ex q̃b;
reſeratis dir⁹ fetor exalauit
⁊ fetidiſſim⁹ viſ⁹ ẽ aſpect⁹
ait ğ rex. Iſte typ⁹ ẽ eoꝝ qui
ſplendidis q̃dẽ gl'oſis iduũ
tur veſtib; ⁊ potentia elati
ſũt ſȝ itrinſec⁹ mortuis ma
ligniſq; operib; referti ſunt
Deinde picatas bitumina
taſq; precipiẽs diſſolui ⁊ a/
periri ⁊ cũctos q̃ aderãt leti
ficauit eoꝝ que it⁹ erãt ſplẽ
dore ⁊ odore. ⁊c̃ ait ad illos
Scit; q̃b; ſimilia ſunt iſta
Humilib; ill' q̃ vilib; opti
erãt veſtimẽt; q̃ꝝ vos exteri
orem attẽdentes habitũ cõ
tumeliaȝ putatis meã ante
faciẽ coꝝ i terra adorationẽ
Ego ṽo intellectualib; ocu
lis reuerẽtiaȝ illoꝝ ⁊ decorẽ
cõſiderãs aĩaꝝ glorificat⁹ q̃
dem coꝝ tactu oi corona et
regali vniuerſa purpura ꝑ/
cioſiores iſtos exiſtimaui
Illos igit̃ ꝯfundẽs docuit
ne erraret̃ i his q̃ foris appa
rerẽt ſȝ iterna attẽderẽt
Aliud ex libro apũ.
Mgr̃ ſimõ de tornaco pari
ſi⁹ i theologia regebat Et e
rat excellens doctor ille ſuo
tpe ſȝ ꝯ decẽtiã tal' officij in
cõtinẽs ⁊ ſupb; Hic cũ ſup
oẽs doctores ciuitat; audi/
tores haberet ⁊ i ſchola co/
ram oib; de huĩlitate altiſſi
me doctñe xp̃i q̃oeȝ diſputa
tõe ꝑhibita t̃miaret i fine tã
deȝ i reprobũ ſenſũ i; execrã
da contra chriſtum blaſphe
mie verba prorupit. Tres
ſunt inquit qui mũdũ ſect;
ſuis ⁊ dogmatibus ſubiu/
garũt. Moyſes chriſtus ⁊
machomet⁹ Moyſes ꝑmo
iudaicũ populuȝ i fatuauit
Secundo chriſtus a ſuo
nomine chriſtianos Ter
cio gentilem populum ma
chometus. Nec mora euer
ſis oculis ſcilicet pro hu/
mana voce horribilem mu
gitum emiſit et epilentia

ſtatim eliſus in terram die
tercio eiuſdē morbi mortē
accepit. plaga ꝗ̄ īſanabili ꝑ
cuſſit eū omnipotēs. ⁊ ōni
ſciētia vſqꝫ ad ꝓma litterarū
elementa priuauit. ſꝫ gra/
uiori in anima cum hac pla
ga ꝑcuſſus ē. Cū vſqꝫ i diē
mortꝭ ſue quaſi mutꝰ cōpa/
tus eſt iumētꝭ incipiētibus
⁊ in luxurie feditate ꝑmāſit.
Et vide ſumme āmiratio/
nis miraculū Aleydem for
nicariam cōcubinam ſuam
nominare poterat et ſciebat
Boecium ꝓo de trinitate q̄
iuxta eū ad ſpectaculū po/
nebat quē olim cordetenꝰ
ſcierat poſt inditā plagam
nec nominare nouerat nec
valebat Non trāſgrediaris
ergo terminos ꝯſtitutos et
pium modum ſemꝑ habe/
as in ſcripturis

¶ Aliud ex libro apū.

¶ Juuenis ꝗdā in teutonie
ꝑtibꝫ ex ſanguine principū
pleniſſime generoſus ſꝫ mo
ribꝫ ⁊ vita degēter epiſcopa
tū male functꝰ accepit Qui
rapinis ⁊ luxurijs verecun
de ꝓmo ſꝫ inuerecūdiſſime
poſtmodū operā dedit Ca/
ſtigauit aūt eū dominꝰ fla/
gello multiplici ſed cum ab
uteref eo in ſuꝑbiam. dedit
cum dn̄s in mortem repro/
bam Qua in hora venerabi
lis conradus deo dignꝰ hil
demēſis epiſcopus ad ma/
tutinas intēpeſte noctis ſi/
lentio ſurrexerat illiſqꝫ dictꝭ
reſederat ad ſtudium factu
rus in die ſermonē Nec mo
ra raptꝰ in ſpiritu videre ſe
viſus eſt epiſcopū quēdam
velata facie ſed infulis īſig
nitū ad tribunal iudicis ra
pi Mox aſſunt truci vultu
ſatellites accuſāt epm. vnꝰ
in rapina alius in cede hoīꝫ
atqꝫ alij in luxurijs lubricā
tem Tunc iudex aſſeſſoribꝫ
ſuis ait. Accuſate diſcutite
liberate iudiciū ferte ſenten
tiā nec mora aſſeſſores pa
rāt iudici ferunt in cōmune
ſentētiā iudex approbat la
tā. Accedūt miniſtri ſupra
fuliginem nigriores ⁊ abla
ta mitra de capite anulū ca
ſulam dalmaticam ac reliq̄
epiſcopalia īdumēta detra
cta. ad pedes iudicis depo/
nunt. nudumqꝫ relictū cū
clamore rapiunt eiulātem ⁊
a facie iudicis trahūt ad tar
tara nihil ſecū ꝓter peccata
portātem. Mox aſſeſſores
iudicis ſurgūt ⁊ cū cātu ſo/
noro ſubiūgunt Dum tēpꝰ
habemꝰ bonum ad oēs ope

remur His viſis in ſpū dic
tus hildemenſis eps in ſe r̄
uerſus cogitare cepit: q̇ſ nā
fuerit ille miſerabilis pſul.
Tum ecce q̇dam ad oſtium
pulſans intromiſſus ē cum
lachrymis: clamans talem
epm in proxima villa veniſ
ſe de veſpe. ꝛ ſub eadem no
ctis hora veſptina morte ſb
tractum. Quo audito ſcūs
preſul miſerrio illo defūcto
condoluit ꝛ licet ianiter q̄n
tum ad ſubuētionem ꝑ pie
tate tm̄ lachrymas amariſſi
mas fudit

Ex ceſario.

Ante āos paucos rome
q̇dam cardinalis defunctꝰ
eſt noīe iordanus. q̇ quon//
dam de ordīe ciſtercienſi aſ
ſumptus. ſꝫ vita ordini ī eo
minime ꝯcordabat. Erat e
nim auarus valde. ſicut a q̇
dam abbate audiui. Habe
bat āt notarium quēdaꝫ no
mīe pandolphū. Hūc cum
ꝑ quodā negocio (neſcio q̇)
miſiſſet interim exſpirauit
Eadē hora cum ille expleto
negocio rediret mane āte lu
cem cateruam miſerabilem
ī agro ꝯtemplatus eſt. Se
debant hoīes ī iumentis in
ore caudas hn̄tes verſ dor
ſis ad capita illoruꝫ Quos
iordanus cardinalis cucul
la īdutus nudis pedibꝫ ꝯſe
q̄batur duobꝫ demonibꝫ ſe
ducentibus. In q̇ꝝ aſpectu
dum notarius nimis horre
ret clamauit cardīal'. Pan
dolphe pādolphe? Subſiſtē
te clerico ꝛ dicēte. q̇s es aut
q̇d clamas? Rn̄dit ille. Ego
ſum iordanus dn̄s tuus: ꝛ
mortuꝰ ſum. Dicēte illo. q̇
ducimini? Ille rn̄t. Ad tri//
bunal criſti Et ille Noſcitꝭ
q̇d de vobis ſit futuꝝ? Non
noui iq̇t deus ſcit. ſꝫ cum il
lic venero btūs petrꝰ de car
dinalatu meo ꝑ me redditu
rus ē rōnem. ſcūs vero bn̄//
dictus de cuculla. q̧ ſi illaꝫ
inde obtinere poterit ſalua
bor: ſin autem damnabor.
Sicq̧ oculis eius ſubtrac
tus eſt.

Sūt ibi tortores ſerpēti
bꝫ horridiores. Deformes
nigri ſꝫ nō ad verbera pigri
Nunq̧ laſſant ſed ſemp ad
hec renouant.

Chriſoſtimus. q̧ amaꝝ
erit in iudicio ſepari a viſio
ne dei. Si mille mihi iehen
nas proponas: non tātum
reputo ſicut ab illius glori
oſe iocunditatꝭ ſocietate ex
pelli ꝛ exoſum fieri creato//
ri.

Idem ad demetria dē ponamus ante oculos.

¶ Autoritates scō℞ de iudicio extremo ✓ Grego. Pensate frēs charissimi añ ꝯspectum tāti iudicis. qs in illo die terror erit qñ iam in pēa remedium nō erit. Que illa cōfusio cum reatu suo exigēte ꝯtinget in conuentu oīm hoīm angelo℞ qꝫ erubescere Quis eum pauor quē ꝛ trāquillum mens corpore non valet etiam iratum videre. quē bñ Sophonias describit dicens. Dies ire dies illa dies tribulatiōis ꝛ angustie. dies calamitatis ꝛ miserie. dies tenebra℞ ꝛ caliginis: dies nebule ꝛ turbinis dies tube ꝛ clangoris. Pensate frēs extremi diē iudicij sup corda reprobo℞. q̄ aspe ritate ꝓpheta vidit amarescere quē tot appellationibꝫ non valet explicare

¶ Idem Que mens erit hominis eterni iudicis pñtiā non formidans. ibi enim tunc simul oīa pctā ante oculos redeunt. ibi cuncta q̄ cū delectacōne acta sunt cū pudore ad memoriā reuocant Bernardus Ue mihi misero. cum venerit dies illa iudicij. ꝛ aperti fuerint libri in q̄bus omnes reatus mei ꝛ cogitationes dño pñte recitabuntur ¶ Hieronimus. Siue comedam siue bibā. siue aliud quid faciaꝫ sp insonare videtur auribꝫ meis illa terribil' tuba Surgite mortui venite ad iudicium. qꝛ quotiens diem illum cogito toto corpore cōtremisco ✓ Chrisostomus Dicet autem christus damnatis Ego ꝓpter vos homo factus sum. ꝓpter vos alligatus ꝛ illusus sum. ꝛ cesus sum ꝛ crucifixus sum. Ubi tanta℞ iniuriaruꝫ mearum fructus Ecce preciuꝫ sāguinis mei. quē dedi pro redēptione aīa℞ vestrarū. vbi ē seruitus vestra quā pro precio sanguinis mei dedistis? Ego sup gloriam meā vos habui cū essem deus apparens homo. ꝛ viliorez me ōnibus rebus vrīs fecistis. Nā rem vilissimā terre amplius dilexistis q̄ʒ iusticiaꝫ meam ꝛ fidem.

Grego. O q̄ʒ anguste erunt vndiqꝫ vie reprobis Supius erit iudex iratus. Inferius horrēdum chaos. A dextris pctā accusantia. a sinistris infinita demonia ad īfernū trahētia. Intus con-

ſcientia vrens. extra mun//
dus ardens. Miſer pctōr
quo ibit. ⁊ ſic deprehenſus
quo fugiet: latere eē̄ erit im
poſſibile apparere intollera
bile. Auguſtinus Mal//
lent reprobi oē tormentum
ſuſtinere inferni q̄ȝ faciē ira
ti iudicis cernere. Et dicēt
montibus ⁊ petris. Cadite
ſup nos ⁊ abſcōdite a facie
ſedentis ſuper thronū ⁊ ab
ira agni. In diebus illis
q̄rent hoīes mortem. ⁊ non
inuenient eam. ⁊ deſidera//
bunt mori ⁊ fugiet mors ab
eis. ber. Quid tā pauēduȝ
quid tam plenū vehemētiſ
ſime ſollicitudinis excogi//
tari poteſt q̄ȝ iudicād aſtare
illi taȝ terrifico t'bunali ſub
tā diſtricto iudice expectare
ſñiā. Ancell. O lignū aridū
⁊ eternis ignibus dignum
quid reſpōdebis in illa die
cū exigetur a te vſq̄ȝ ad ictū
oculi oē tempus viuendi ti
bi impēſum qualiter fuerit
a te expenſum Ue quot pec
cata p̄uēt tibi ex improui//
ſo quaſi ex incidijs que non
vides ⁊ fortaſſis terribilio
ra his que vides tūc quippe
ↄdēnabit' quid fuerit ī te in
uentum. operis vel ocij vel
ſermonis vſq̄ȝ ad minimaȝ
cogitationem. etiam q̄ vix
iſti ſi non fuerit ad dei volū
tatem directū Penſa cuius
ſit formidinis et horroris
tuū atq̄ȝ omniū ↄtempſiſſe
creatorē offendiſſe dominū
maieſtatis Ambroſius
O anima nūq̄ȝ excidat a me
moria tua Ite maledicti in
ignem eternum. Uenite be
nedicti p̄cipite regnū. O q̄d
poteſt lamētabilius ⁊ terri//
bilius cogitari q̄ȝ ite male//
dicti in ignem eternū. Et q̄d
poteſt delectabilius cogita
ri q̄ȝ venite bn̄dicti p̄cipite
regnum due voces quaruȝ
nihil terribilius vna ⁊ nihil
iocundiꝰ altera iueniri po//
teſt Bernardꝰ in medita
tionibꝫ ſuis. Quiſputas tē
meror erit. quis luctus que
triſticia cū ſeperabūt' impij
a conſortio iuſtoꝝ ⁊ a viſio
ne dei ⁊ traditi ī poteſtatem
demonum ibunt cū ipſis in
ignem eternū. ibiq̄ȝ ſemper
erunt ſine fine in luctu ⁊ ge
mitu. p̄cul q̄ppe a beata p̄a
diſi patria exulati crucia //
buntur ī iehenna perpetua
nunq̄ȝ lucem viſuri nūq̄ȝ re
frigerium adepturi Sed p̄
milia milium annoꝝ infer//
no cruciandi nec inde vnq̄ȝ
liberandi. vbi nec qui tor//

quent aliquando fatigātur
Nec q̇ torquentur aliquan
do moriuntur. Nihil aliud
audietur ibi niſi flet⁹ ⁊ plan
ctus gemitus ⁊ vlulat⁹ me
rores ⁊ ſtridores dentium.
Nihilq; ibi videbitur : niſi
vermes ⁊ leruales facies.
Tortores atq; teterria mō
ſtra demonioꝝ. Ardebunt⁊
miſeri in igne eterno in eter
num ⁊ vltra. In carne cru
ciabuntur ꝑ ignem. In ſpū
per conſcīe vermem. Ibi e-
rit dolor ītolerabilis. fetor
incompabilis. timor horri
bilis. mors corꝑis ⁊ anime
ſine ſpe. venie ⁊ mīe. Sic
tm̄ morient᷑ vt ſꝑ viuāt. ⁊ ſic
viuēt vt ſꝑ moriant᷑ Ita aīa
pctōris in īferno cruciabit᷑
ſine fine ꝓ pctīs. ⁊ aīa iuſti
pro bonis meritis ī ꝑadyſo
collocabitur. Nunc āt alte
rum e duob; eligamus aut
ſꝑ cruciari cum impijs. aut
ꝑpetualiter letari cum ſcīs.
bonum ſiquidem ⁊ malum
mors ⁊ vita āte nos ſunt po
ſita vt ad q̄ voluerimus ma
nū extendamus. Si tormē
ta nos non terrent ſaltem p̄
mia inuitēt

Finiunt empla de extremo
iudicio Scd̄o nouiſſimoꝝ

Incipit tercium nouiſſi-
moꝝ de inferno

Tercīū nouiſſimoꝝ
cuius salubꝛ recor
datio a pctīs prohi
bet: eſt īfernus ſeu iehenna
Unde narrat Athanaſius:
de ſcō Anthonio heremita
Q cum diabolus eum tēp
taret de aliquo peccato ipſe
penas eterni incēdij pecca-
to debitas rememorans ei
dem apponebat. Et ſic tan
dem vicit diabolum. ⁊ libe
ratur a temptationibus ꝑ-
manens immunis a pecca
to. Circa quam materiam
inter cetera ſunt tria ſpecia
liter conſideranda. Primū
eſt diuerſimoda nominatō
penalium locorū. Secun-
du⁊ eſt multimoda afflictio
ſodalium infernorum. Ter
cīū eſt varia conditio infer
nalium tormentoꝝ quoru⁊
memoria valde p̄ſeruat ho
minem ne cadat in peccata

Quod multimoda ē no-
minatio infernalium loco-
rum

DE ſuperius poſitꝭ pri
mū principaliter de/
clarandū eſt diuerſimoda
nominatio penaliū locoꝝ
Igitur ſciendū ē ꝙ īfernus
eſt locus igne⁹ ab infero ſic
dictum Nam aīe reoꝝ ibi in
ferūť ad eternaliter pnnien
dum Vñ iob vij. Qui deſ/
cenderit ad infernū nō aſcē
det nec reuerteť vltra in do
mū ſuā. Et ſic infern⁹ appel
lať iehēna ignis. vñ Hugo
in iiij dialogoꝝ Un⁹ quidē
iehēne ignis credēd⁹ ē ſꝫ nō
vno modo oēs cruciat pec/
catores Unuſqſqꝫ em̄ iquā
tuꝫ exigit culpa tm̄ illic re/
cipiet de pena Iteꝫ yſido. li
primo de ſummo bono. Ig
nis iehēne ꝛ lucebit miſeriꝭ
ad augmētuꝫ pene ꝛ videāt
vñ doleāt ꝛ nō lucebit ad ꝯ
ſolationē ne videāt vñ gau
deāt ¶ Item ibideꝫ In
iehenna duplex ē dāpnato/
rū pena qꝫ ꝛ mentē affligit
triſtitia ꝛ corp⁹ ꝯburit flam
ma. Ignis iſte iehēnalis ieſ
fabiliť cruciat peccatores.
De qb⁹ ſic dꝛ in ps Cadent
ſuper eos carbones in ignē
deijcies eos in miſerija non
ſubſiſtēt. Itē dñs in ira ſua
cōturbabit eos et deuora/
bit eos igis Qua propť ſcri

bitur eſa yie ix. Igni erit ci/
bus Itē hieremie xv. Dicit
dñs ad dānatos. Ignis ſuc
cēſus i furore meo ſup vos
ardebit Iſte ignis inflāma
t⁹ ē ꝛ ab ira iudicꝭ ſuccēſus
ꝙ nouo incēdio nō idigebit
āmodo ꝛ vſqꝫ in ſempiťnuꝫ
Hinc eſt ꝙ dꝛ iob xx. Deuo
rabit eos ignis q̄ nō ſuccen
deť Q qꝫ dure vindicabit ſe
tunc dñs de miſerꝭ pctōrib⁹
ꝯdēnatis. Vñ eccl. vij. Vi
dicta carnis ipij. ignis ꝛ vˀ
mis. Dr̄t āt ille ignis infer
nalis ab iſto igne materiali
p̄cipue in trib⁹ Prio in acer
bitate. Eſt em̄ acerbior q̄ſi
in infinitū Vñ dixit ſcūs ſe
baſtianus cui āgelus ad au
rē ſtabat. ꝙ iſte ignis ſenſi/
bilis ita ſe hꝛēt ad ignē iehē
naleꝫ. ſicut ignis in pariete
depictus ad iſtū ſenſibilem
Scdo in duratōe. nā iſte ig
nis p̄t extingui. ille vero nō
Vñ Iſa. vl. Ignis eoꝝ nō
extingueť. Itꝭ Mat. iij Pa
leas āt ꝯburet igni iextigui
bili. paleas. i. pctōres Ter
cio in ꝯſumptōe. Nā iſte ig
nis p̄t oīa ꝯſnmere. Nā ƒm
phm. Oia ꝯſumit materia
ignis. Ille vˀo nō p̄t ꝯſume
re. nec corpa nec ſpūs quos
vrit Vñ de pctōre ꝯſtituto

in inferno dicit iob xx. Luet omnia q̄ fecit: tñ nō ↄſumet. Hinc eſt dt chriſoſtom⁹ in libro de repatione lapſi Ignis iſte qui in preſenti vita eſt ↄſumit cūcta que recipit Ille vero quos ſuſcipit ſemper cruciat ꝛ pene ſue ſp in//tegros reſeruat ꝓpterea ꝛ inextinguibil' dicit' Nō ſoluꝫ q꞉ ipē non extiuguetur ſꝫ q꞉ neceos quos ſuſcipit peri//mit ꝛ extinguit Scriptura em̄ dicit Quia peccatores ī duent in corruptionē. ſꝫ nō ad honorē vite ſꝫ ad diuturnitatem ſupplicij ꝓfuturam Huius āt pene vim ꝛ igniſ illius potētiaꝫ. nulla vox exponere. ꝛ nullus ſermo po//terit explicare: Ibi q̄d agemus: q̄d rn̄debim⁹: Nihil erit: ibi niſi ſtridor dentiuꝫ niſi vlulatus ꝛ flet⁹ ꝛ ſeua pe//nitētia ceſſātib⁹ vndiqꝫ auxilijs ꝛ vndiqꝫ inualeſcenti//b⁹ penis Et ignis ille ſicut n̄ hꝫ naturā ↄſumendi ſic nec illuminādi ſꝫ ē ignis obſcurus ꝛ flāma tenebroſa

Tercio infernus dicitur locus inq̄etus. Vn̄ in rex̄ natura q̄dam locus ſp eſt quietus. vt ſupior pars mundi. Quidem qn̄qꝫ q̄etus ꝛ qn̄ꝫ turbatus vt ps eius media Sic ꝓbabile ē terciā ptē. ſ. inferiorē ſp eſſe turbataꝫ. ꝛ iō dr tartarus Nā ſm papiam. Tartarus dr turbatus Prouenit āt inq̄es ſiue turbatio ibi ſpēaliter in trib⁹. Primo ex penax̄ varietate. ſicut tps dr eſſe turbatū qn̄ mixtū eſt cū pluuia grādine niue ꝛ hmōi. q̄ dn̄r eſſe in inferno. Vn̄ ps. Pluit ſuper pctōres laqueos ignis. ſulphur ꝛ ſpūs ꝓcellax̄ ps calicis eox̄. Scd̄a ex miniſtrorū vexatōe. Hiere. vi. Seruietis dijs alienis q̄ nō da//bunt vobis reqꝫ die ac nocte Tercio ex mutuo clamore. Iſa. xlv.. Vos clamabitis p̄ dolore ꝛ pre ↄtritione ſpūs vlulabitis. Certe tūc cuilibet vlulāti et ſic clamāti. rn̄debit dn̄s illud hiere. xxx. Quid clamas ſup ↄtritione tua īſanabilis ē dolor tu⁹ ꝓpter multitudinē iniq̄tatis tue. ꝓpt' dura pctā feci hec tibi. Tercio dr īfern⁹ loc⁹ intpatiſſim⁹ Vn̄ dr auern⁹ q̄ſi ſine vere. i. ſine tpantia.. Nā pene nō ſunt ibi in aliq̄ tpate ſꝫ in ſummo gdu ꝛ exceſſu maxio. Sunt em̄ ibi tenebre vltra moduꝫ ex//ceſſiue. ꝓpt' q̄d mat. xxij dn̄r tenebre exteriores. Exinde

ptꝫ Exodi.x.de tenebrꝭ pal
pabilibꝰ q̄ fuerũt in egypto
q̄ꝫtomagis erũt ibi grauio//
res. Vñ Job.xx. Oēs tene
bꝛe abſcōdite ſunt in oculiſ
eꝰ. Tũc pctōꝛ dicet illō ps
Poſueꝛt me in lacu inferio
ri in tenebꝛoſis ꝛ in vmbꝛa
moꝛtꝭ. Itꝭ. Collocauit me ī
obſcuris ſicut moꝛtuos ſcl'i
ꝛ anxiatꝰ ē ſup me ſpūs me
us. Siĺr ꝛ illō lamētatōis
Hiere. iij. In tenebꝛoꝭ col
locauit me q̄ſi moꝛtuos ſē//
piternos Itꝭ ē ibi ſummus
caloꝛ. Vñ Job.xxxiij.. Ca
loꝛ nimiꝰ Et rō illius ē qꝛ ñ
exaltatꝭ: ſꝫ incluſus ē ſicꝭ ca//
loꝛ in foꝛnace. Pſal. Poneſ
eos vt clibanũ ignis in tpe
vultus tui. dñs in ira ſua ꝯ
turbabit eos. ꝛ deuoꝛabitꝭ e-
os ignis. Ibi ē ſummũ fri//
gꝰ. ꝓpt qō. iob.xxiij. Aque
illi dñr aq̄ niuiũ q̄ p̄ceterꝭ
aq̄ꝝ ſubſtātijs ſunt frigidi//
oꝛes. ꝛ hmōi ſignum: ꝛ ſtri
doꝛ dentiũ q̄ eſt ſignuꝫ mag
ni frigoꝛis ꝛ algoꝛꝭ. vñ Ful
gētius in epl'a Duo ſunt p̄n
cipalia in inferno toꝛmenta
ſcꝫ frigꝰ ītolerabile. ꝛ caloꝛ
ignis inextiguibilis. Ideo
ſcribitꝭ Mat.xxij. q̄ ibi erit
fletus ꝛ ſtridoꝛ dentiũ. Fle
tus nāqꝫ in liq̄factione ocu
loꝝ de caloꝛe naſcitꝭ. ſtridoꝛ
vero dentiũ ex frigoꝛe cau//
ſatꝭ. Vñ iob.xxiij Ad nimi
um caloꝛis tranſeat ab aq̄s
niuiũ. Vñ in libello metꝭco
de vita ꝛ geſtis Alexandꝛi.
Attritus glacie niuiũ de fri
goꝛe trāſit Ad penas o ſup
pliciũ miſerabile ſp. ꝛ nũq̄ꝫ
moꝛitꝭ quē carcer toꝛq̄t auer
ni. Quarto ōꝛ infernus lo//
cus deſolatiſſimꝰ Hinc eſt
q̄ ſ'm papiā acheron vocatꝭ
ab a qō ē ſine ꝛ cherōta gau
diũ q̄ſi ſine gaudio. ꝛ hoc q̄
ad carētiam oīs boni.. Vñ
ꝯmētatoꝛ auerrois. ij. Poe
trie. In inferno ꝯtinuo ē tri
ſticia et meroꝛ ſine ꝯſolati
one. Non eīm habent dāna
ti retro aliquā cōſolationeꝫ
a mundo. qꝛ non valent eis
ſuffragia. nec deſuper de ce
lo. nam ex hoc non fluit ſup
eos aliq̄ miſericoꝛdia. Nec
ſperant gratiam de futuro.
Sic enim nulla erit eis re//
demptionis venia. ꝛ ſic erūt
triſtiſſimi in deſolatiōe ſem
pitꝭna. Et ergo ſapiētie.iiij
dicitur q̄ vſqꝫ ad ſupꝛemuꝫ
deſolabuntur. Unde Tre
noꝝ pꝛimo dicit anima dā//
nata. Poſuit me deſolataꝫ
tota die meroꝛe confectam.
Item Eſaie.xxxiiij. Pecca

toꝛ deſolabitur in ſcl'a ſcl'o-
rũ. Heu doloꝛ o pena vach
deſolatio plena.. Omni toꝛ
mento ſup hoc homo coꝛde
memento

¶ Ex multimoda eſt afflic-
tio ſodaliũ infernoꝝ.

ORdine debito nũc ſe
q̃tur exponẽdum. ꝙ
multimoda ẽ afflictio ſoda
liũ infernoꝝ. Tales em̃ ſo-
dales ſcꝫ diaboli ſunt aſpe-
ctu hoꝛribiles. effcũ crude-
les ac toꝛtoꝛes ĩfatigabiles
Primo ergo dico ꝙ diabo-
li ſiue demones ſunt aſpcũ
multũ hoꝛribiles. ⁊ ꝓpterea
foꝛmis hoꝛribilibus depin
gunt in eccleſijs. Unde le-
git ꝙ q̃dam religioſus d no
cte in doꝛmitoꝛio iacens ce
pit terribiliter clamare. Et
cũ veniſſent ad eum alij fra
tres videbãt eum fixis ocu
lis ad parietẽ immobiliter
reſpiciẽtem: nec ad aliquid
rñdentem. ſed mirabili hoꝛ
roꝛe ꝯcuſſum ⁊ timoꝛe Ma
ne ãt a prioꝛe interrogatus
q̃d in nocte habuiſſꝫ. rñdit
ſe diabolũ vidiſſe. Req̃ſit9
cuius eſſet foꝛme: rñt. Hãc
faciliter nõ poſſuꝫ deſcribe
re. Sed hoc inq̃d dico Si
eſſet ex vna parte furnus ar
dens: ⁊ figura ei9 ex alia p-
te magis eligerẽ intrare fur
num q̃ꝫ videre illã hoꝛibiliſ
ſimã demonis figurã. Hic
eſt ꝙ btũs Ber. ſup ꝑs Qui
habitat: ſic dt. Quid puta
tis frẽs: ſi alicui vnus ex tã
multis pꝛincipib9 tenebra-
rũ in medium nrm̃ irrueret
in tota feritate ſua ac tene-
broſi coꝛpoꝛis enoꝛmitate
apparere liceret q̃s illuꝫ poſ
ſit vel coꝛpis ſenſu ſuſtine-
re vel coꝛdis? Et ideo ſicut
in vitaſpatꝝ legit quidã ſe
nex dixit. Credo ꝙ ſi aliq̃s
videret demones in ea foꝛ-
ma q̃ damnati eos ſunt viſu
ri: non poſſet viuere: ſed ſta
tim moreret. Unde dt bea
tus Grego. de criſoꝛio ꝙ cũ
infirmaret. ⁊ videret multi
tudinẽ demonũ ſibi aſtanti
um. cepit altius clamare. I-
ducias vſqꝫ mane. Et cum
hec dicẽs ꝟteret ſe huc atqꝫ
illuc ne videret eos. pꝛe ni-
mio timoꝛe vehemẽtiſſime
ꝯturbatus ſtatim moꝛieba
tur: Conturbati em̃ ſunt q̃
videbant eos. ⁊ timuit oĩs
hõ. Ecce q̃ꝫ hoꝛribiles erũt
in afflictu q̃ taliter occidũt
cum ſolo aſpectu: Unñ iob.
xx. Uadẽt ⁊ veniẽt ſup eos

horribiles. Et hoc eſt q̄ in//
nuit Bernar. vbi dr̄. O aīa
mea q̄s erit tibi pauor cum
dimiſſis oībus. quorū tibi
pn̄tia tam iocunda. tam g̃//
tus aſpectus . cohabitatio
tam familiaris: ſola pauēs
ignotam ingredieris regio
nē cū tibi cateruatim deter
rentia illa monſtra deterria
occurrent. O q̄ſta erit dmo
num horribilitas informiſ
aīalium crudeliſſimoꝝ ap//
pentium. Vñ Sapie. xi.
Pro eo q̄ errātes colebant
mutos ſerpētes ꝛ beſtias ſu
puacuas: imiſiſti eis multi
tudinem mutoꝝ aīalium in
vindictā: vt ſcirent q̄ p que
peccat q̄s. per hec ꝛ torque
tur. Non eñ impoſſibilis
erat oīps manus tua. q̄ crea
uit orbē terraꝝ ex materia
inuiſa immittere illis mul//
titudinem vrſoꝝ. aut auda
ces leones vel noui generis
beſtias ira plenas. Aut va
porē igneum ſpirātes. aut
odorem fumi pferētes. aut
horrēdas ab oculis ſcintil//
las emittētes. quoꝝ nō ſolū
leſura poterat illos extermi
nare. ſꝫ ꝛ aſpectus p timorē
occidere. Hic ibidem. Vñ
Job. xvi. Hoſtis meus ter
ribilib' oculis me intuitus ē

Item eiuſdē vltimo. Ster
nutatio eius ſplēdor ignis.
ꝛ oculi eius vt palpebre di
luculi. de ore ei' lampades
procedunt ſicut tede ignis
ſuccenſe. de narib' eius pce
dit fumus ſicut olle ſuccēſe
atq̄ feruētis. Vñ poeta re
fert. Sunt ibi ſerpētes flā//
mas ex ore vomētes. De fla
tu quoꝝ perennt aīe miſero
rū. Scdo in effectu ſūt cru
deles. Vñ iob: xvi. Colle//
git furorē ſuum in me ꝛ cmi
nās mihi. infremuit contra
me dētib' ſuis. Vñ pſ. Ape
ruerunt ſup me os ſuum: ſi
cut leo rapiēs ꝛ rugiens It̄
tētauerunt me. ſubſannaue
rūt me ſubſannatōie. fren//
duerūt ſup me dētib' ſuis.
Vñ Eccl. xxi. Dentes illi'
dētes leonis: interficientis
aīas hoīꝫ. Hinc dr̄ .p. petri
v. Q diabolus tanq̄ leo ru
giens circuit querēs quem
deuoret. In die eñ nouiſſi
mo imitabūtur diaboli ad
deuorādum pctōres. Iſaie
lvi. Omēs beſtie agri ꝛ vni
uerſe beſtie ſilue veīte ad de
uorādum. It̄ Hiere. xij:
Venite ꝛgregamini oēs be
ſtie terre. pperate ad deuorā
dum. De iſto refert exēplū
beatus Grego. in libro dya

logoꝝ. Unū dr̄ q̄ erat q̄dam
dorus noīe. non re ſꝫ tm̄ no
mīe monachus cui nimiū g̃
ue erat ſi q̄s ꝑ ſalute ſua ei a
liq̄d loquere᷑. Nō ſolum āt
bona nō fecerat ſꝫ etiam nō
poterat audire Hic cum ex
tremū ageret ſpm̄. ꝯuenert
frēs vt egreſſum illius aīe o
rādo ꝓtegerent. Tunc repē
te cepit eiſdem frībꝫ ibidem
exn̄tibꝫ acclamare. necnon
magnis vocibꝫ orōnes eoꝝ
interrumpe ita dicēs. Rece
dite recedite. ego datus ſuꝫ
draconi ad deuorandum: q̄
ꝓpter vrām pn̄tiam me non
p̄t deuorare. Caput meum
iā ori ſuo abſorbuit. date lo
cuꝫ ne āplius me cruciet. ſꝫ
faciat qd̄ futuꝝ eſt. Tunc
frēs ceperūt ei dicere Quid
eſt qd̄ loq̄ris? Signum tibi
ſcē crucis impme. Rn̄dit il
le cū magnis clamoribꝫ di//
cēs. Uolo me ſignare ſꝫ nō
poſſum. q2 ſquamis hꝰ dra
conis ſtimulor ⁊ p̄mor. Cū
qꝫ frēs hec audiſſent: pſtra
ti in terrā cū lachrymis ce//
perūt ꝑ redemptione illius
exorare. Et ecce cepit eger
ſubito cum magnis vocibꝫ
clamare dicēs Grās ago do
ecce draco q̄ me ad deuorā//
dū accepat orōnibꝫ vrīs ex

pulſus ē ⁊ omnino receſſit.
¶ Itꝫ in q̄rto libro dyalo//
goꝝ. refert idem Grego. ali
ud exēplum Ait em̄ q̄ ptibꝫ
ytonie ī quodā monaſterio
tongalaton noīe dr̄ accidiſ
ſe. q̄ q̄dam fuit monachus
ſcūs reputatus in cōſpectu
hoīm qualis non fuerat īuē
tus apud deum. Nam cuꝫ
fratres eum eſtimabāt ieiu
nare: latenter ꝯſueuerat co
medere. Hic in agone ꝯſti//
tus fecit ad ſe fratres gene//
raliter cōuocari: q̄bus ipſe
dixit. Ecce nunc ad deuorā
dum traditus ſum draconi
q̄ cauda ſua genua mea pe//
deſqꝫ meos fortiter colliga
uit. caput vero ſuum in os
meū mittēs ſpm̄ meum ebi
bens extraxit. q̄bus dictis
expirauit. Et ſicut videtur
ſunt verba ꝯdēnati pctōris
que ſcribūtur Hiere. li. Co
medit me. abſorbuit me ſi//
cut draco. Iſte eſt draco ma
gnus ⁊ rufus hn̄s ſeptē ca//
pita ⁊ decē cornua in capi//
te ſuo. de quo dr̄ Apoca. xij
Factum ē p̄lium magnū in
celo Michael ⁊ āgeli eius
p̄liabantur cum dracone. ⁊
draco pugnauit ⁊ āgeli eiꝰ
⁊ non ꝑualuerūt. neqꝫ locꝰ
eoꝝ inuētus ē ampliꝰ in ce//

lo. Et ꝓiectꝰ ē draco ille ma
gnus ſerpens antiquus: q̇
vocat̄ diabolus ⁊ ſathanas
q̇ ſeducit vniuerſum orbez
Et ergo dicitur ibidez. Ve
terre ⁊ mari: quia deſcēdit
ad vos diabolus. Diabolꝰ
enī zelo nimio bonis inui-
det qui conantur locum eiꝰ
poſſidere in celo. de quo ip
ſe mirabiliter proiectus eſt
in penis Et quantū magis
approquinquat dies vltīa:
tanto ardentius temptat ⁊
feruet inuidia. O quanta
erit demonum auſteritas ⁊
malicia. De quibus Ber-
nardus ſic ait in ꝓſa. O q̄z
ipij tortores tunc torq̄bunt
pctōres ⁊ terribiles vltores
vindicabunt malos mores
Horꝫ āt crudelitas ⁊ mali-
cia diuerſimode ꝯfortat̄. p̊
mo qꝛ plures ſunt ⁊ multi.
Vñ p̄s. Multiplicati ſunt
q̇ tribulant me: multi inſur
gūt aduerſum me. Hinc eſt
qd̓ dꝛ Job xxi. Obſederunt
in giro tabernaculū meum
Vñ legitur in vitas patrū.
ꝙ quidam ſenex vidit d̓mo
nes circumſtantes homīes
ſicut apes Et ergo dꝛ in p̄s
Circumdederūt me ſicut a
pes: ⁊ exarſerūt ſicut ignis
in ſpinis. Scd̓o qꝛ fortes

ſunt ⁊ potētes. quia Apl's i
nuit ad ephe. vi. vbi vocat
eos p̊ncipes ⁊ ptātes ⁊ mū
di rectores Et quia tam po
tentes ſunt ⁊ tam fortes ad
nocēdum. Ideo dꝛ in pſal.
Vim faciebant q̇ q̄rebant
aīam meā. Et alibi: Irrue-
rūt in me fortes. De hac eti
am ꝑotētia dꝛ Job. xl. Non
eſt ptās ſuꝑ terram q̄ ꝯpare
tur ei q̇ factus eſt vt nulluz
timeret. Omne ſublime vi
det ipſe eſt rex ſuꝑ omnes ⁊
filios ſuperbie. Hm̄oi āt
potentiam ⁊ ſuperbiaz ma
xime exercebunt in punitio
ne malorūz ipſos crudeliſſi
me affligēdo Vñ eccī. xxxix
Sunt ſpūs qui ad vindic
tam creati ſunt. ⁊ in furore
ſuo ꝯfirmauerunt tormēta
⁊ in tempore ꝯſūmationis
effudēt virtutem ⁊ furorem
eius qui fecit illos Nam fu
ror illis ſcd̓m ſimilitudinez
ſerpentis. Et ſicut aſpidis
ſurde obturantis aures ſu
as. Item Iſa. liij. Ego cre
aui fabꝛꝫ ſufflantē in ignem
prunas ⁊ ꝓferentē vas in o
pus ſuū. ⁊ ego creaui inter
fectorē ad diſperdendū. De
hoc crudeli interfectore pec
cator ꝯdēnatꝰ. ſic loq̇t Job
xvi. Circumdederūt me lā

ceis ſuis vulnerauit lūbos meos ⁊ nō pepcit. effudit in terra viſcera mea: conſcidit me vulnere ſup vuln⁹. irruit in me q̄ſi gigas ¶ Tercio ſunt demones in torquēdo infatigabiles. Vñ Daniel' iij. Nō ceſſabāt miniſtri regis ſuccēdere fornacē Vñ qdam. Sunt ibi tortores ꝑ pētib⁹ horridiores. Defor/mes nigri. ſȝ non ad v̄bera pigri. Nuſquā laſſant̄. ſȝ ſp ad hec renouātur. Ad mala ferētes ſunt ad penaſq; recētes. Semp triſtati ſp ferire parati. Semp inardeſcunt nec ceſſant nec reqeſcunt Hinc ē q Deutronomij. xxviij. cuilibet pctōri dr Seruies inimico tuo quem immittȝ dn̄s tibi in fame. ſiti. ⁊ nuditate. ⁊ in oī penuria. ⁊ augebit dn̄s plagas peſſimas ⁊ ꝑpetuas. O q̄ta erit tūc damnatoꝝ pena q̄ ſine itermiſſione ſp erit ꝯtinua ſine pace ⁊ requie ī miſeria ⁊ anguſtia. Vñ de pctōrib⁹ dr Eze. vij Anguſtia ſupueniente reqrent pacem ⁊ non erit. ꝯturbatio veniet ſuper ꝯturbatōem. Itē Apocal'. xiiij. Non hn̄t reqem die ac nocte q̄ adorauerunt beſtiā ⁊ imaginē eius. Tunc peccator hn̄ poſſȝ dicere hoc q̄ ſcribit̄. Iſa. xxxviij. Nō videbo dn̄m deum in terra viuētium nec aſpiciam hoīē vltra ⁊ hītatorem quietis. Silr̄ ⁊ illud hiere: xlv. Ve mihi miſero q̄r addidit dn̄s dolorem dolori meo. ⁊ re/qem non inueni. Certe tūc conuertet̄ dolor eius in ca/put eius ⁊ in v̄ticem illi⁹ iniq̄tas eius dn̄det

¶ De varia eſt ꝯditio pena/rum infernoꝝ

Nunc reſtat mēbroꝝ terciū d̄ hac materia ꝑtinus declarādum. qđ eſt varia ꝯditio infernaliū tormētoꝝ. Sunt em̄ plures ꝯditiones ſpēaliter faciētes ad aggrauatōem pene infernalis. Prima eſt acerbitas qđ pȝ ex fletu ⁊ ſtridore dentium ex planctu ⁊ deſiderio mortis. ex manducatōe linguaꝝ ⁊ blaſphemia creato/ris. ⁊ ex multis alijs his ſi/milib⁹: que oīa ibidem ſunt ventura. vt pȝ ex locis va/rijs ſcripturaꝝ. Apoca. xvi Comederunt linguas ſuas pre dolore. ⁊ blaſphemauerūt deum celi ꝑ doloribus ⁊ vulneribus ſuis. Hinc gre

gorius dicit. Nō hic ſuſpicari
nō potuit illic cruciatui de
ditus inuenit Item hiero..
Tanta erit in inferno vis do
loris ꝙ mens ad aliud diri
gi non poterit. niſi ad quod
vis dolorꝫ īpellit. Dicet eñ
tunc peccator illud Hiere.
viij Dolor meus ſup dolo//
rem Tanta eñ erit acerbi//
tas penaꝝ ꝙ peccatores vi
ta quam oēs appetūt ſpreta
ꝛ ꝯtempta morte quā ōnes
fugiūt ardenti deſiderio ſe
pius affectabūt. Vñ apo.
ix. In diebꝰ illis querēt ho//
mines mortē ꝛ nō inueniēt
eam. ꝛ deſiderabunt mori ꝛ
fugiet mors ab eis Acerbi//
tatem vero pene iufernalis
teſtatur dñs. Hieremie ix.
vbi dicit Ego cibabo populū
iſtum abſintheo. ꝛ potū da
bo eis aquam fellis. ꝑ hec a
maritudinem deſignans in
fernalium tormentoꝝ. Con
ſideratio huiuſmōi acerbi//
tatis fecit quēdaz iuuenem
delicate nutrituz intrare or
dinem predicatoꝝ. Quo in
greſſo cū quidam ſapiens a
parentibꝰ eius miſſus vt ei
pſuaderet egreſſuz anteꝗ̄ ꝓ
fiteref dicens Delicate nu//
nutritus es: non poteris ſu
ſtinere rigorem ordinis ꝛ aſ
ſperitatez Reſpondit iuue//
nis. Magiſter ꝓpter hoc or
dinē intraui. q2 ſciui me de
licatū ꝛ nihil aſperitatꝫ poſ
ſe ſuſtinere. cogitās ꝙ acer//
biſſima pena inferni mihi i
tollerabilis eſſet. ꝛ ideo ele
gi potius hanc penam ordi
nis ꝗ̄ illaz ſuſtinere nam ſi
cut ſcriptuz eſt iob vi. Qui
timet pruinā irruit ſup euz
nix Hec etiā ꝯſideratio mo
uit quēdam petꝝ heremitā
ad mirabilez penitētiā quā
fecit De ꝗ narrat btūs gre//
goriꝰ in iiij. libro dyalogoꝝ
Ait eñ ꝙ ꝗdam petrus mo
nachus ex regione hibernie
ortus priuſꝗ̄ heremuz pe//
teret moleſtia corporis int//
ueniente defunctus eſt. Sz
ꝓtinus corpi reſtitutꝰ infer
ni ſupplicia atqꝫ innumera
flammaꝝ loca ſe vidiſſe at//
teſtabaf. Qui etiam ꝗſdam
huius ſeculi potētes in hu//
iuſmodi flāma ſuſpenſos ſe
vidiſſe narrauit Qui cuz iā
deductꝰ eſſz vt in illis ꝛ ipe
mergeretur. ſubito angeluz
choruſci habitꝰ apparuiſſe
fatebaf. qui ipz in ignē mit
ti ꝓhibuit. qui etiam dixit
Egredere. ꝛ qualiter tibi pꝰ
hoc viuendū ſit cautiſſime
attende. poſtquam vocem

excaleſcētibꝫ mēbris ab eter
ne mortis ſomno euigilās:
cuncta q̄ circa eū geſta fue/
rāt oībꝫ narrauit. tantiſq; ſe
poſtmodū vigilijs ⁊ ieiuni
is ꝯſtrinxit vt inferni eū vi
diſſe tormēta. etiā ſi lingua
taceret: ꝯuerſatio acclama
ret. ¶ Scđa ꝯditio eſt torm̄
toꝝ multiplicitas. Eſt eī pe
naꝝ numerus q̄ſi infinitus
Vn̄ dr̄ in pſal. Circumde/
derūt me mala: q̄ꝝ non ē nu
merus Et ergo dr̄ Deutro.
xxxij. Congregabo ſup eos
mala: ⁊ ſagittas meas ꝯple
bo in eis. Vere ſcribit̄ Iſa.
v. Sagitte ei⁹ acute: ⁊ oēs
arcus eius extēti. Multas
hʒ dn̄s ſagittas ī pharetra
ſua: q̄s nōdum oēs extraxit
q̄ poſt finale iudiciuʒ pctōri
bus immittent̄. He ſagitte
ſunt pene varie: q̄bꝫ multi/
pliciter tūc miſeri torq̄bun
tur. Vn̄ pſal. Sagitte po/
tentis acute: cuʒ carbonibꝫ
deſolatorijs It̄ dr̄ dn̄s deu
tro. xxxiij. Inebriabo ſagit
tas meas ſanguīe. ⁊ gladi⁹
meus deuorabit carnes. fo
ris deuorabit eos gladi⁹ in
tus pauor. ꝯſument̄ fame ⁊
deuorabūt eos aues morſu
amariſſiō. dentes beſtiaꝝ ī
mittā in eos cū furore trahē
tiū ſup terrā atq; ſerpentiū.
De hac penaꝝ multiplicita
te ſic dt̄ Grego. ſup illō ma
thei. viij. Ejcient̄ in tēbras
exteriores. In iferno frigus
inſupabile. ignis iextingui
bilis v̄mis imortalis. fetor
itolerabilis. tenebre palpa
biles. flagella cedētiū. hor/
rida viſio demonuʒ. ꝯfuſio
pctōꝝ. ⁊ dſpatio oīm bono
rū. Vn̄ q̄dā: Infernus ē fo
uea mortifera penis oībꝫ: ⁊
miſerijs referta. : Hinc dr̄ ī
pſal. Pluit ſup pctōres laq̄
os ignis: ſulphur ⁊ ſpūs p/
cellaꝝ pars calicis eoꝝ. Et
notāter dt (pars) q: nō ſolū
in dictis: ſʒ nec etiā in mille
ꝯſimilibꝫ poſſit pene itegri
tas pfecte explicari. Nā q̄c
q̄d de penis hic dixerim⁹ eſt
tanq̄ minima ps vnius fe/
ſtuce reſpectu magnitudīs
infinite. Ut āt hec penaruʒ
multiplicitas expſſi⁹ decla
ret̄ Notādū ē q dānati erūt
pleni miſeria ⁊ dolore. habe
bunt em̄ fletū in oculis. ſtri
dorē in dentibꝫ. fetorē in na
ribꝫ. gemitū in vocibꝫ: terro
rē in auribꝫ vicula ī maībꝫ ⁊
pedibꝫ. igniſq; ardoreʒ ī mē
bris oībꝫ. : Ecce q̄ repleta ē
penis atq; plagis aīa pctō/
ris in infernū dn̄dentis. Et

ergo de dānatis dr̄ Ecci. xv
Tenebit eū tribulatio ⁊ an
guſtia vallabit eū. Et eiuſ-
dē. xx. Dis dolor irruit ſup
eū. Jtē dr̄ Jſa. xiij. De cor
hoīs tabeſcet ⁊ ꝯteret̄ torti
onē ⁊ dolorē tenebunt. q̄ſi ꝑ
turiēs dolebūt vnuſquiſqꝫ
ad ꝓximū ſuū ſtupebit. faci
es cōbuſte uultus eoꝝ. Vn̄
Baruch. vi. Nigre ſunt fa
cies eoꝝ. Nā oēs pctōres re
digent̄ in ollā. vt hēt̄ Jo. ij.
Et dolores ꝑturiētis veni-
ent ei. vt ſcribit̄ Ozee: xiij.
O q̄ꝫ multa flagella pctōris
Tunc eīm p̄t dicere cum p̄s
Circūdederūt me dolores
mortis nō tꝑalis ſꝫ ꝑpetue.
⁊ ꝑicula inferni īuenerūt me
Recte dr̄ (circūdederūt) quia
abiſſus ſicut veſtimētū ami
ct⁹ e⁹. Nā induit maledicti
onē ſicut veſtimētū ⁊ intra
uit aq̄ in interiora ei⁹. ⁊ ſic
oleū in oſſib⁹ e⁹: fietqꝫ ei ſic
veſtimētum q̄ operit̄. ⁊ ſic
zona q̄ ſꝑ p̄cingit̄. O q̄le ve
ſtimētū de filis penarū tam
mltiplicium ſic fortit̄ ꝯtextū
q̄ꝫ ꝑpetuis tꝑib⁹ nunq̄ꝫ erit
detexēdum ſeu etiā deponē
dum. Nā funiculo eternita
tis erit pctōr inſeꝑabilit̄ col
ligatus. O q̄ꝫ aſpeꝝ ⁊ mor-
doſū ſentiet̄ illud tegumē
tū. Vn̄ Jſa. xiiij. Operimētū
tuū erūt v̄mes. Tā mltipli
cis pene cōſideratio reuoca
uit ipm dauid a morte pctī
ad pn̄iaꝫ ꝑagendā. vn̄ dixit
ad dn̄ꝫ. q̄ꝫtas oſtēdiſti mihi t̄
bulatōes mltas ⁊ malas: ⁊
ꝯuerſus viuificaſti me. H⁹
etiā multiplicis pene ꝯſidera
tō mouit quēdā heremitā ſi
cut legit̄ ī vita ſpatꝝ ad aſꝑ
rimā pn̄iaꝫ: quā ī heremo ꝑ
agebat. a q̄ cū q̄reret̄ cur ſe
ita int̄ficeret: r̄n̄t. Totus la
bor vite mee n̄ ē idone⁹ ꝯpa
ri ad vnum diem tormento
rum qui peccatoribus in fu
turo ſeculo preparantur
¶ Jtem narratur in geſtis
angeloꝝ: quod tēpore Con
ſtantini minoris quidā mi
les defunctus. circa annos
domini . D. ccc. vi. q̄ poſt
modum vite reſtitutus pe-
nis territus quas viderat:
ad heremū fugit. Fecitque
cellulā iuxta quēdam fluui
um: in quo veſtib⁹ indutus
ſepe balneabat̄ permittens
veſtimēta ſic ad carnem cō
gelari. Poſtea vero balneū
calidiſſimū intrabat. ⁊ ſic
continuo fecit quouſqꝫ mo
reret̄. Et cum ſuper iſto a vi
dentibus argueretur: talit̄
r̄ndebat. Si vidiſſetis que

ego vidi. eadem vel maiora
mecū faceret. Nā ſm gre.
ſup iob Sup oīa ꝓuocat ꝯ
pūctionē viſio pene īfernał
Tercia ꝯdicio penaꝫ iehen,
ne aggrauās ē eternitas vñ
ſapi. iiij. Illos videlicꝫ pec
catores deridebit: ⁊ erūt pꝰ
hoc decidētes ſine honore
inter mortuos in ꝑpetuum
Et mathei. xxv. Ibūt hi in
ſupplicīū etn̄ū Item iudith
xvi. Dabit dn̄s ignē ⁊ ver//
mē in carnē eoꝝ. ⁊ vrāť ⁊ vi
uant. ⁊ ſentiāt vſqꝫ in ſēpi//
tnuꝫ Idē ďz eſa. vltio Ver
mis eoꝝ nō extingueť. Vñ
ďt dn̄s deutrono. xxxij. Ig
nis ſuccēſus ē ī furore meo
⁊ ardebit vſqꝫ ad inferni no
uiſſima ħ eſt ī ꝑpetuū ſine fi
ne Itē eſa. xxxiij. O q̄s de vo
bis poterit habitare cum ig
ne deuorāte. aut q̄s habita
bit ex vob cū ardoribꝫ ſēpiť
nis Et eiuſďz xxxiiij Et ter
raꝫ in pice ardentē nocte ac
die nō extigueť ī ſempiťnuꝫ
Aſcēdet fumus eiꝰ a genera
tione ī generationē. deſola//
biť in ſcľa ſcľoꝝ Vñ apo. xx
Diabolus miſſus ē in ſtag//
nū ignis ⁊ ſulphuris. vbi ⁊
beſtia ⁊ pſeudo cruciabun
tur nocte ac die ī ſecula ſecu
loꝝ: Et q̄ nō ē īuētus in li
bro vite ſcriptꝰ miſſus eſt in
ſtagnum ignis vbi erit vm
bra mortis ⁊ nullꝰ ordo . ſꝫ
ſempiťnꝰ horror inhabitat
vt habeť iob . x. Vñ gre. in
moralibꝫ ſic ďt . Horrendo
mō tūc erit miſeřis dolor cuꝫ
fortitudine. flāma cū obſcu
ritate. ⁊ mors ſine morte. fi
nis ſine fine. defectꝰ ſine de
fectu. Quia ⁊ mors ſꝑ viuit
⁊ finis ſꝑ īcipit. ⁊ defectꝰ de
ficere neſcit Vñ poeta řfert
Nō venit ad metas mortis
miſerabilł etas Neſcit fini//
ri ſempqꝫ videtur oriri Sē
per vexādo ſꝑ gemitꝰ reno//
uādo Hinc petrꝰ bleſenſ in
quadam epľa ſic ait Ibi nō
eſt ſuppliciorū modꝰ nec inť
miſſio ſiue finis nā ibi finis
ſemꝑ incipiet. mors nō mo
ritur nec defectus deficiet.
vt dānati hoīs cōdicio ſꝑ in
doloris materiaꝫ ⁊ mortis
eterne pabuluꝫ. miſerabili
ter řcidiuet Quare ďr ī pſal
Sicut oues ī inferno poſi//
ti ſunt. mors de paſcet eos.
Et ſi morte paſcētur impij
quid potabūt illi. ſi mors ē
paſtus qualis erit potus
Audi ꝓphetam Vua eorꝫ
vua fellis ⁊ botrus amariſ//
ſimus. fel draconū. vinum
eorum venenum aſpidum ī

ſanabile Ita ſcribitꝰ deutro
no. xxxij.. O quale pctōꝝ
nutrimētum viꝫ mortis ꝑ//
petue tam crudele ſupplicīū
viuent tūc morti. qꝛ vite ſūt
mortui. Hinc ē qḋ Ber. dicit
libro. v. de conſideratōe ad
eugenium papā. Horreo ver
mem mordacē ⁊ mortem vi
uacē. horreo incidere in ma
nus mortis viuentis ⁊ vite
morientis. vñ Grego. Mor
te īmortali morientur impij.
O deus eterne q̄re me poſui
ſti ꝯtrariū tibi: ⁊ factus ſuꝫ
mihimetipſi grauis? Cur nō
tollis pctm̄ meum: vt hoc ꝑ
petuū poſſim euadere torm̄
tū. O q̄ꝫ felix ⁊ beatus q̄ pec
catoꝝ ſordibꝫ nequaq̄ꝫ fue//
rit īfectus. q̄ poſt mūdi gau
dia nō abijt nec in vanitates
⁊ inſanias falſas reſpexit.
Nos āt miſeri errauimus
a via veritatis. ⁊ iuſticie lu
men nō illuxit nobis. laſſa//
ti ſumꝰ in via iniq̄tatis ⁊ ꝑ
ditionis. ⁊ ābulauimus vi
as difficiles. vias ſ̄ues ⁊ īu
tiles. ꝑ viaꝫ āt dn̄i noluimꝰ
ambulare. Uere ſic/ dicit Iſa
ie. xlix. Inuacuuꝫ laboraui
mꝰ ſine cā. ⁊ vane fortitudi
nem nrām ꝯſūpſimꝰ. Quid
enī nobis ꝓfuit ſupbia. q̄d
diuitiaꝝ pompa ⁊ iactātia.
q̄d p̄cioſa corꝑis indumēta
q̄d ꝯmeſſationes ⁊ crapule
q̄d riſus ⁊ leticie? Quid hec
oīa nobis ꝓfuerunt? in q̄bꝫ
vane ⁊ īutiliter. īmo potius
dānabiliter tp̄s nr̄m expēdi
mus. Prochdolor ſine fructū
trāſierunt hec oīa tanq̄ꝫ fu//
mus ſeu aura matura. tran
ſijt quod tp̄ale fuit. ſꝫ heu re
māſit q̄d in eternum crucia
bit. Tunc dicet dn̄s de q̄li
bet damnato illud iob. xx:
Iuxta multitudinē adiuen
tionuꝫ ſuaꝝ ſic ⁊ ſuſtinebit
Et illud apoca. xviij Quā//
tum glorificauit ſe ⁊ in deli
cijs fuit tantū date illi tor//
mētuꝫ ⁊ luctum q̄bꝫ eterna
liter ſine fine torqueatur O
quāta eſt hoīs demētia pro
delicijs aut diuitijs ſeu ꝓ a
liqua re terrena huiuſmodi
ꝑpetua corꝑis ⁊ anime ſub
ire tormēta Unde chriſoſto. ī
libro de reparatōe lapſi ſic
inq̄t Dic quāta tp̄a luxurie
q̄ deliciarū ſpacia compari
vis penis ſempit̄nis Cen//
tuꝫ ſi placet annos delicijs
demus adde ⁊ alios centuꝫ
adde ⁊ decies centum: que
erit ex his ad eternitatē ꝯpē
ſatio. Nōne omne tp̄s vite
huius quo delicijs frui vi//
demur ⁊ indulgere libidini

quaſi noctis vnius ſomnũ
ad eternitatis ꝯparationez
videt᷑. eſt igit᷑ aliquis qui vt
vna nocte delectabile vide-
at ſomnium eternas eligat
ſubire penas: ⁊ illud pro his
recipere. vel pro illis iſtud ꝯ-
mutare Quid dicemus ad
repoſitas penas. quid dice
mus ad hoc ꝙ delicie velut
vmbra trãſeunt: pene vero
eternaliter ꝑmanẽt. etiã ſi e
quale tempꝰ ⁊ idem ſpaciũ
delicijs eſſet poſituz ⁊ pene
eſſꝫ aliquis ita ſtultus ⁊ de
mẽs vt eligeret pro vna die
deliciaꝝ vnum diem ſubire
penaꝝ cũ ſoleat dolor vniꝰ
hore ⁊ quilibet corꝑis cru-
ciatus in obliuionez mitte
re ante preteritũ tẽpus ĩ vo
luptate trãſactum Hec oĩa
chriſoſtomꝰ vbi ſupra O et
num nũq̃ꝫ finem habituruz
corporis ⁊ aĩe tã grãde ſup
pliciũ. O mortis ꝑpetue in
dicibile tormẽtum Quid ei
referam de te neſcio: Nõ ei
poteris verbis exꝓmi. nec
intellectu concipi. nec cor-
de ꝯprehendi Poſito enĩ ꝙ
eſſꝫ vnus lapis de arena co
agulatꝰ ⁊ ꝯpactus tãte quã
titatis ſicut infra cõcauita
tem octaue ſpere poſſꝫ ꝯti-
neri ⁊ ꝙ pꝰ milleſies mille ã
nos ꝑ diuinã potẽtiã vna a
renula tolleret᷑ Et deĩn poſt
milleſies mille ãnos ad huc
vna. ⁊ ſic ꝯñt᷑ donec totꝰ la-
pis ĩ nihilũ redigeret᷑ nũq̃d
ꝯſumpto lapide eťnitas p̃-
dicta erit reuoluta. ſic ꝙ dã
natoꝝ aĩe tũc a penis libera
bunt᷑ Rñdeo tibi ⁊ dico ꝙ ꝑ
petuitas illa tũc erit ĩchoa
ta Nã finiti ad infinitũ nul
la ẽ ꝓportio. vt dĩt phũs viij
phiſicoꝝ Si enĩ hoc ꝯgnoſ
cerẽt ⁊ ꝑcierẽt pctõres ꝯdẽ
nati ꝙ dicto lapide cõſump
to ab illis ĩtolorabilibus q̃s
ſuſtinent inferni cruciatibꝫ
deberent eripi et totaliter li
berari. miſerabilit᷑ ſuꝑ hoc
redemptionis die deberent
ſperare ĩmo quodãmõ ſpe-
rando ꝯgaudere. ex q̃ ſcirẽt
finem ſuoꝝ tormentoꝝ pꝰ ĩ
nũerabiles. ĩmo poſt incõ-
ꝑhenſibiles ⁊ infinitos fo-
re ãnos q̃uis tardiſſime ad
uentuꝝ Illa enĩ eſt maxima
oĩm penaꝝ deſolatio ⁊ carẽ
tia omnis ſpei nũq̃ꝫ a penis
redimi ſiue liberari Nam ſi
cut dĩr. Eſa ye xxiiij. Pctõr
deſolabit᷑ in ſcl'a ſeculorum
Vñ dicit᷑ trenoꝝ iiij Perijt
finis meꝰ ⁊ ſpes mea a deo
Jtẽ q̃rit pctõr hie: xv. Qua
re factꝰ eſt dolor meus ꝑpe-

tuus ⁊ plaga mea deſpera-
bil'? Sup q̄. puer. xi. ſapiēs
ſic rn̄dz. Mortuo hoīe ipio
nulla erit ſpes vltra. Intelli
gite hec q̄ obliuiſcimī deuz
ne infern⁹ aliqn̄ vos rapiat
⁊ nō ſit q̄ eripiat. Ecce iā pla
ne vido q̄ ī inferno nulla eſt
redēptio pctōr̄. Chariſſie ī
telliḡ tu v̄buz. ſapis ꝯſiliū
de lapide ſupi⁹ tibi dictum
Dic mihi q̄d de illo ſent̄ q̄d
iudicas. q̄d diffinis? puto
ꝑaciter q̄ ratio nō p̄t diſſen
tire q̄nimo vt d̄r ſit in rei ve
ritate. Cogita ergo varias
terraꝝ ꝓuincias ⁊ imagina
re regiones ſingulas. ꝑpen
de fluuios ⁊ maria mūdum
mēte circui ⁊ totū perabulā
Aſcēde vſq3 ad celū ⁊ oīa ſic
trāſuola. Iteꝝ deſcēde in a-
biſſuz. ꝓfunditatez ꝯſidera
Ex q̄b9 oīb9 que celi ābitu
ꝯtinent̄ cōpone lapidez. ⁊ i
maginare magnitudis ei⁹
quātitatez. q̄ cordialiter in
tellecta. Dic mihi chariſſie
quid ſentis tūc de lapide, im
mo potius quid ſapis de ꝑ
petuis. quid de īfinit̄ pctō
ruz penis ⁊ morte? Eſtimo
q̄ taliter rn̄deb̄. Vere vere
loq̄ neſcio. Audiui ⁊ ꝯtur-
bat⁹ ē venter meus. A voce
cōtremuer̄t labia mea gran

dem rem intelligo. ⁊ verita
tem ꝓpoſitaz video. Vn̄ ā-
mirari nō ſufficioꝛ ſ3 pauo
re nimio mēte contremiſco
Naz certiſſime timoꝛ ⁊ tre-
moꝛ venerūt ſuꝑ me multi-
plic̄ hoꝛroꝛis. ꝯtexerūt me
tn̄bꝛe. Quis ei n̄ metueret
q̄s nō expauesceret. q̄s anx
ietate coꝛd̄ penit⁹ non defi
ceret. qui mēte ten⁹ hūc lapi
dē diligēter ruminaret. īfi-
nitas pctōꝛū penas meōꝛit̄
reuoluēdo. Pone ergo eum
velut ſignaculū ſuꝑ coꝛ tuū
Valde eñ vtile ē ⁊ ꝓficuū
tibi huiuſmōi lapidis nun
q̄3 obliuiſci. quaten⁹ ſi diui
nus amoꝛ te non coꝛripit ⁊
reuocat a malicia huiuſce-
modi ſpeculū pene intermi
nabilis ſaltē te cohibeat ali
quādo a pctis. O graue ſup
pliciū miſerabile q̄3 fugien-
dū o ſtiḡ exitiuz lachꝛyma
bile quā metuēdū. Quod ſti
ge toꝛquet̄ ſꝑ nūq̄3 moꝛiet̄.
Semꝑ plectet̄ ⁊ nūq̄3 finis
habet̄. Ex p̄dictis clare p̄z
q̄ penaꝝ incremētuz ꝑ infi
nita ſecula nunq̄3 finiet̄. Hu
iuſmōi cōſideratio eternita
t̄ pene infernal' cōuertit ful
conem marſiliēſez qui cum
eſſz excellēs ioculatoꝛ ⁊ va-
nitatib9 mundi dedit⁹. vna

dierꝝ cepit cogitare de eter//
nitate iehēnalis pene. ⁊ dixit in corde ſuo Si tibi pro//
ponerꝫ iacere in lecto molli ⁊ bene ſtrato ita ꝙ nulla neceſ
citate cogēte inde recederes hoc non poſſes ſuſtinere in eternū iacere in tali lecto de
licato. quō ergo poterꝭ ſuſtinere ſempiternā infernalez penam. ſi ꝯtingat te in per//
petuum illaz fore paſſurum Hac ſ͡ꝺo ꝯſideratione pter//
ritus reliquit oīa ⁊ factꝰ eſt monachꝰ. poſtea epūs tho
loſanus et vir eximie ſanc//
titatis Itez ꝯſideratio ppe
tuitatꝭ pene infernalis ꝯfortat hominē ⁊ īducit ad pug
nādū cōtra diabolū. Quis enī cōſiderās ꝙ ſi deuictus fuerit ab eodem ducerefꝫ ad tormentū ſempiternum nō viriliter pugnet ne vincatur.
Unn̄ narrat egeſippꝰ de cla//
dibus iudeorum ꝙ cū qui//
daz de ſocijs alexandri qui pēerat magno exercitui vide
ret cōtra eū innumerabilez exercitum ad bellandū ꝑpa
ratū ⁊ ſui cibū ſumerēt ⁊ ad cōfortationē vinū ipe in q̄//
dam ſolatio quaſi iocando eis dixit Prandeamus nūc
O viri ſtrennui. nam apud inferos ſumꝰ cenaturi Quo
verbo ſunt oēs animati ad fugiendū illam cenam ꝙ tā viriliter pugnauerūt. ſic ꝙ de cunctis hoſtibꝫ ſuis ho//
norifice triumpharūt. Itez a delectationibꝫ mūdi retra
hiꝫ ⁊ auellitur Unn̄ legiꝫ ī vitas patrꝝ quēdam ſenem dixeſſe. Nutrix cū vult puerū ablactare. et a dulcedie la//
ctis abducere ad mamillaz ponit ſinapium vel quicq̄d aliud amarꝝ. qꝺ puer lactēs guſtans ⁊ ꝑcipiēs ſtatim retrahiꝫ ad dulcedīe lactꝭ. Et ſic tu iūge amaritudinem ꝑ
petuā inferni. delectationibꝫ huiꝰ mūdi. ⁊ ꝓculdubio retraheris ab eiſdez. Unde iob v. Nūquid guſtare pōt quis qꝺ guſtatū affert mortem amariſſimā hoc eſt pe//
nam ſempiternā Ideo dicit ꝓſper in preſenti vita. Delicie tꝑales dulces ſunt ⁊ tri//
bulationes amare Sed q̄s nō libenter bibit tribulationis poculuz metuēs ignem ꝑpetuum iehēne. Aut quis non cōtemnit dulcedinē ſe//
culi inhians bonis ſempiꝫ//
ne vite Unn̄ legiꝫ in legenda btī ioānis euāgeliſte. ꝙ q̄dā diuites ad ꝑdicationem eiꝰ cōuerſi oīa reliquerūt poſtea videtes ſeruos ſuos ī glo

ria mundi ꝯſtitutos penitu
it eos ſua bona reliquiſſe. :
qḋ btũs Joannes ꝑ ſpm̃ in
telligens. ꝟgulas in auꝝ. ⁊
ſilices in gẽmas orando cõ
mutauit. ſicq; eis oĩa reſti//
tuit derelicta. Poſtmoduȝ
q̇dam iuuenis a btõ Joãne
reſuſcitatus narrauit eis ḋ
gl'a quam amiſerũt. ⁊ de pe
nis infernalib; q̃ eos expcã
uerunt. q̇b; intellectis plu//
rimũ territi ⁊ aĩo ꝯſternati
oĩa ꝯtemnẽtes ad pauꝑtatẽ
priſtinã reuerſi ſunt. ac mũ
dum cũ ſuis delicijs penit⁹
dereliq̃runt. It' accidiaȝ ꝑ
fugat ⁊ repellit ¶ Uñ legit'
in vitas patꝝ. ꝙ q̇dam frat'
dixit ſeni. Pr̃ nimium acci
dior ſic ꝯtinuo ſedẽdo ĩ hac
cella. Senex r̃ndit. Modũ
vidiſti futura tormẽta ꝑpe//
tuo duratura. nã ſi illa ĩ cor
de tuo poſuiſſes. ꝙ ſi cella tu
a vſq; ad colluȝ eſſet vermi
b; repleta ſuſtineres patien
ter ⁊ nõ accidiareris. Et er
go cum opȝ pctõrem. aut et'
nã. aut purgatorij acerbiſſĩ
mã ſuſtinere penã. vel in pñ
ti cõdignã agere pñiam q̇s
non p̃elegit hic ſuſtinere pe
nitẽtiam ⁊ pati potius q̃m
ibi: niſi omnino fuerit men
te alienatus. Uñ Iſidorus

in ſinodo. Intende aĩo do//
lores q̃ſcunq; tormẽtoꝝ. q̃ſ
cunq; ſcl'i penas. q̃ſcunque
dolorũ acerbitates: compa
hoc totũ iehenne ⁊ leue erit
omne qḋ pateris It' ber
nar. in epl'a. Uigilias tĩes
⁊ ieiunia. manuũq; labores
Sed hec leuia ſunt flãmas
ꝑpetuas meditanti. Recor
datio tenebraꝝ facit nõ hor
rere ſolitudinẽ. Si futuraȝ
de ꝟbis cogitas diſcuſſioẽȝ
nõ diſplicebit ſilentiũ flet⁹
⁊ ſtridor dentiũ. faciles tibi
reddit ⁊ culcitrã ⁊ mattam.
It' Aug⁹ in ſermone. Mẽs
humana mundi hui⁹ illece
bris ⁊ ꝯcupiſcẽtijs deuicta
fugit laborem. expetit volu
ptatẽ. Et vix ad hec deduci
tur vt ſe a p̃oris vite ꝯſuetu
dine excludat. Sed cũ ince
perit cogitare iudicij nccita
tem ac penaꝝ eternaliũ cru
delitatem voluntarium bel
lum inducit paſſionib; mo
tu vel ſpe p̃mij vel tĩore ſup
plicij vim facit p̃ſtinis deſi
derijs. ⁊ violenter ipſa ſeip
ſam vincere ꝯtendit. Jõ dr
Abacuc. iij. Ingrediat' pu
tredo in oſſib; meis. vt ſub
ter me ſcateat tpe videlicȝ p̃
ſentis vite. ⁊ poſtea requieſ
cã in die tribulationis. Ec

ce q̄m fructuoſa ⁊ ſalubris ē
meditatio pene infernalis.
Vñ pſal. Cōuertāt̄ pctōreſ
in infernū. hoc ē ſup medita
tiones illuc ſe trāſferāt viuē
tes. ne poſtmodu3 illuc dñ
dāt ꝑpetue moriētes. Et er
go dr bñ Danielis. iij. Bea
t⁹ q̄ intueris abiſſos videli
cet ꝑ ꝯtinuā ⁊ iugē memori
am interne ꝯtēplatonis tor
mēta īfernalia cordialit̄ in//
tuēdo. Patet ergo ſufficien
ter ꝑ p̄dicta ꝙ multiplex ē ⁊
varia īfernalis pena. ⁊ q̄3 v
tilis ⁊ ꝓficua ē ipſi⁹ mēoria
Et ergo. Erit hō vere q̄ cu3
bona poſſit hrē Spōte ſub
it penas: infernaleſq3 cathe
nas. Ignib3 arſurus ex his
nunq̄3 reditur⁹

Finit terciū nouiſſimoꝝ.
Sequunt̄ exēpla. de penis
inferni.

Ex horologio eterne ſapi
entie de penis īferni

Factū eſt āt poſt hec: ⁊ ec
ce diſcipulus cepit cogitare
dies ātiquos ⁊ ānos et̄nos
mente hrē. Dñq3 cum ꝓfun
de ſe colligeret: ⁊ a ſenſibili
b3 ꝓut potuit intellectū ab//
ſtraxiſſet. apparuit in viſiōe
fidei oculis a longe q̄ſi q̄dā
regio vmbroſa ignota ⁊ mlt
tū terribilis. Cūq3 tremefa
ctus q̄dnā hoc eſſet inq̄rer3
rñſum ē ei. Regio hec vt vi
des diſtincta. locus ē pena//
rum futuraꝝ. quē diuerſe aī
me poſt egreſſum a corpe ꝓ
diuerſitate culpaꝝ in pena3
ſortiunt̄. q̄da3 ad ipſaꝝ pur
gatōem. quedā vero ad eter
nam dānatōnem. ⁊ ꝓut ſibi
ea tunc demrāta fuerint
Hec āt ⁊ his ſimilia tā hor//
rēda ⁊ immania fuerint tor
mentoꝝ gña: vt nulla ſuffi//
ceret hec lingua narrare aut
null⁹ ſenſus mortaliū poſſ3
ea plene eſtimare. Cū āt ad
ſe rediſſet. ⁊ q̄ſi de alio mun
do (vt ſibi videbat̄) ex moti
ua viſionis pñtia veniſſet:
nimio terrore ⁊ errore velut
hō ſemiuiu⁹ aliq̄3diu iacēs
in ſeipſo ꝯtabuit. Quedam
aūt ex his ſolū fidei cōibus
oculis ꝯſpexit. Reſpexit igi
tur. ⁊ ecce de p̄dictis loc̄ fe
tor intolerabilis exoriebat̄
Mallei reſonātes audiebā
tur tenebre ꝓfundiſſime dē
ſabāt̄. ⁊ videbant̄ ibi facies
demonum horribiles Ibi e
rat planct⁹ ⁊ gemit⁹ ⁊ alter
nātia mala. ipios ſine pieta
te diſcerpebāt. ab aq̄s niui
um trāſibāt ad calore3 nimi

um. Cōſiderabat iter hec
q̄tatē ⁊ magnitudinē iudici
oꝝ dei ⁊ int' cordis ſe pmēt̄
āguſtias. ac ſudoris guttaſ
q̄ ipſuz ex horrore viſionis
penetrauerant aduertebat.
qm̄ p q̄ peccauerat q̄s. p hec
⁊ torq̄baſ. Vn̄ ⁊ illi q̄ in vi
ta ſua iſenſate ⁊ iniuſte vixe
rāt. p hec q̄ coluerāt tormen
ta recipiebāt. Raptores nā
q̄ȝ ⁊ p̄dones ac eoꝝ ꝯplices
⁊ hi q̄ paupes ⁊ amicos dei
duȝ adhuc viuerēt ſpoliaue
rūt vel p exactiones īdebite
inflixerūt. ad patibula q̄dā
infernalia: ſupra humanaȝ
eſtimatiōem penalia. rapti
violēter ſuſpēdebātur ⁊ ibi
dem torquebantur: nec ta//
men moriebantur. ſed mo//
do indicibili cruciabantur
Nōnulli etiā q̄ ſub habitu
agnino mēte occultauerant
leoninā q̄ velut canes rabi//
di ſeruos dei p obprobria ⁊
maledica aut v̄ba turbatiā
moleſtnaerāt ⁊ ꝯfratres ſu//
os iniq̄ pſecutōe leſerāt ibi
dē a canib⁹ infernalib⁹ ama
riſſimis morſib⁹ corrodebā
tur. Ibi ſupbi ſepultura a
ſini in iferno deſpectie: ſepe
liebāt. ⁊ tanq̄ȝ cadauera pu
trida ignita piecti obpbrio
ſempit'no qd̄ nunq̄ȝ delebit'
adiciebāt. Et p glīa tpali ⁊
mēt̄ elatiōe q̄ ceteros iflati
p̄ire ābiebāt tāta penaꝝ mo
le ac pōdere p̄mebāt q̄ſtū q̄ſ
p̄mi poſſit q̄ maximaȝ turrī
ſup̄ ſe h̄rēt. Bibuli v̄o ⁊ cra
puloſi q̄ vētri ſuo ſuierāt ve
lut lupi famelici fame incre
dibili ac ſiti ītolerabili affli
gebāt cupiētes guttā mīmā
aq̄ frigide p refrigerio ligue
ſue flāmaꝝ icēdio aduſte re
cipe ⁊ nēo ill' dabat. Sȝ de
moēs tetrimi cū ſitul' arden
tib⁹ iuxta eos ſtabāt ⁊ potū
quēdā ſulphureū plūbo liq̄
facto ſileȝ nimio calore eſtu
āte p os eoꝝ ī vētrē pfuſum
fortit' īfundebāt Luxurioſi
q̄ȝ ⁊ q̄ in delitijs carnē ſuā e
nutriuerāt ⁊ ī obſtiatōe ſua
pdurauerāt a ſp̄etib⁹ deuo
rabāt ⁊ a bufoīb⁹ ignit̄ acu
leis vſq̄ȝ ad viſcera torq̄bāt
Qui carnali ac treno amori
dediti fuerāt vt uſq̄ȝ ſex⁹ trā
īfernalē p̄ dolore mordebāt
qm̄ eos demōes nimiū affli
gebāt. nā ſpicula ignea h̄n//
tes: ⁊ eſtu vehementiſſimo
eos iſequentes vulneribus
eos ſeuiſſimis repleuerunt
Sed ⁊ ſocios in culpa ſoci
os habuerunt in pena. Su
pra modum autē cupidi ⁊
auari ac q̄ſtuarij male tor//

quebant̃ naʒ in foueis me-
tallis bullientib⁹ plenis bal
neabant̃. ⁊ exilire cupiẽtes
absq; mia reinpingebantur
Judiciũ durissimũ his q̄ p̄
erant fiebat fortiorib⁹ autẽ
fortior instabat cruciatio ⁊
potẽtes ibi tormenta patie
bant̃ potẽter O q̄s diceret q̄
at q̄ntum ibi iudices impij
rectores iniq̄. clerici turpiſ
lucri. cupidi monachi laſci
ui. laici violenti. mulieres
procaces ſaltatrices ⁊ ãbi-
cioſe ⁊ diuerſe q̄q; falſi chri
ſtiani penas varias habue-
re Heu q̄ʒ miſerabiles rugi
tus ⁊ clamores dabãt lamẽ
tabiles: ita vt ſola viſionis
h⁹ afflictio oẽm penam mũ
di q̄dammodo excedere vi-
deret̃ Nam ⁊ multitudo vr
ſoꝝ infernalium ⁊ audaces
leones ⁊ noui generis anĩa
lia ira plena. ignoteq; beſtie
vaporẽ igneum ſpirantes.
odorẽ fumi pferẽtes. ⁊ hor
rendas ſcintillas ab oculis
emittẽtes morſu amariſſiõ
eos dilaniauerant. Tandẽ
multi ex his in puteũ abyſſi
de q̄ fumus horribilis ⁊ fe-
tor intolerabilis exibat pij
ciebant̃. aſpectus eoꝝ velut
ferꝝ candens in modum fa
uillaꝝ exardebant. ⁊ a dĩmo
nib⁹ reimpingebant̃ ꝯman
ducantes linguas ſuas pre
dolore. ⁊ blaſphemabãt de
um celi p̄ doloribus ſuis ⁊
vulnerib⁹. ⁊ nõ egerũt pñiaʒ
ex operib⁹ ſuis. vinculis te
nebraꝝ ⁊ longe noctis ꝯpe-
diti. in obſcuro ac tenebro
ſo obliuionis velamẽto te-
nebant̃. Sonitus dñdens
ꝯturbabat eos. ⁊ pſone tri-
ſtes apparẽtes pauoreʒ eis
incutiebãt. nec ſideꝝ limpi
de flamme illuĩare poterãt
noctem illã horrendaʒ vna
enĩ cathena tenebraꝝ õnes
colligati erãt. Omnis orb
terraꝝ limpido illuĩabatur
luĩe ſolis. illis ãt ſuppoſita
erat ḡuis nox imago tene-
braꝝ. Ipſi ãt ſibi erãt graui
ores tenebris fumus tormẽ
toꝝ ipſoꝝ aſcenſurus eſt in
ſecula ſcl̃oꝝ.. Poſt hec vox
q̄daʒ deſup quaſi tonitruũ
audiebat̃ q̄ inſultando ⁊ q̄
ſi exprobrãdo dicebat Ubi
nunc ſunt hi q̄ ab initio a di
eb⁹ antiq̄s mũdo huic toto
ſeruierũt deſiderio. q̄ volu
ptuoſe viuẽtes varijs deſi-
derijs ſe ſubdiderũt. Eia q̄d
pfuit illis nunc oĩa q̄ tanq̄ʒ
vmbra velociter ptranſierũt
q̄ʒ breuis delectatio tam lõ
gã reſtem poſt ſe trahit et ne

miſerie. O ſtulti ꝛ vecordeſ
vbi nunc ꝟba illa q̄ cum leti
cia tanta ꝛ cordis tripudio
dicere ſolebatis. veīte ꝛ fru
amur boīs q̄ ſunt ꝛ vtamur
creatura tanq̄ȝ in iuuētute
celeriter. Quid iuuant nūc
dulcia vniuerſa q̄b⁊ tam ce
leriter ꝑfruiti eſtis? Sīq̄dē
nunc a ꝯtrario plāgere vob̄
ꝯuenit ꝛ plangēdo exclama
re ac dicere. ve ve nobis iaȝ
nūc ꝛ in eternū q꞉ nati ſum⁹
nec vltra mori valem⁹. Ue
q꞉ male torq̄mur nec a torm̄
tis vnq̄ȝ liberabimur O q̄s
eſt q̄ iſta recogitet ſupplicia
ꝛ nrā ad cor ponat tormēta
Nec em̄ talia ſunt vt q̄cq̄d
in mūdo horribile excogita
ri poſſet his ꝯpari n̄ valeret
O q̄ȝ felix incoinq̄natus: q̄
poſt gaudia h⁹ mundi n̄ a/
bijt q̄ nō reſpexit in vanita/
tes ꝛ inſanias flās. nos īſen
ſati vitā illoꝝ eſtimabam⁹ ī
ſaniā ꝛ finē illoꝝ ſine hōre:
q̄uo ꝯputati ſunt īter filios
dei ꝛ inter electos ſors eoꝝ
eſt. Ergo errauim⁹ a via ve
ritatis ꝛ iuſticie. lumē nō lu
xit nobis ꝛ ſol intelligētie n̄
ē ortus nobis. laſſati ſum⁹ a
via iniq̄tatis ꝛ ꝑditionis ꝛ
ābulauimus vias difficileſ
viam āt dn̄i ignorauimus.

Quid nob̄ ꝓfuit ſuꝑbia aut
q̄d diuitiaꝝ iactantia ꝯtu/
lit nobis: trāſierunt oīa illa
tanq̄ȝ vmbra. tranſijt quod
tꝑale fuit. ſȝ proch dolor nc̄
remāſit qđ in eternū mane/
bit. O eternū nunq̄ȝ finē ha
bituꝝ ꝑpetuū mortꝭ ſuppli/
ciū. O finis ſine fine. mors
grauior oī morte ſꝑ mori: et
tn̄ non mori poſſe. O mi pr̄
dilecte q̄ me in hūc mundū
genuiſti. o dulcis mr̄ q̄ mr̄/
nis vberib⁊ me lactaſti. O
vos oēs amici mei ꝛ ſocij di
lecti. valete nūc viſcera mea
q꞉ hec ē hora illius ſeꝑatōiſ
amariſſīe q̄ amarior ē omni
morte. vale tell⁹ valete ſocij
q̄s tam benigno fauore co/
lui. en ducimur ad horrēdū
īfernale ſuſpēdiū. ad ſuppli
ciū trahimur metuēdū. nū
q̄ȝ vos de cetero cū gaudio
viſuri O lachryme īceſſant
ꝓfluite. oc̄li plorate ꝛ oīa vi
ſcera mea vlulate ſuꝑ hac ī
feliciſſiā ſeꝑatōe. q̄ ē a ſūmo
bono a facie illa gl'oſa. ꝛ a ꝯ
ſortio āgelico necnō illo feli
ciſſimo elcōꝝ numero ponē
diq̄ȝ ſū⁹ ad illā miſerā ꝛ ma
ledcām ac crudelē dānatoꝝ
turbam ſine fine cruciandā
O manuum ꝯploſus ſoni/
t⁹ O cordiū mltoꝝ gemitus

intimi. o ſtridor dētiū. ⁊ fre
mitus ſpirituū īmenſus. o
ploratus ⁊ vlulatus multꝰ
O in eternū ꝑmāſurus cla-
mor q̄ ſp̄ durabit ⁊ nunq̄ꝫ fi
nem habebit. q̄ ſp̄ renouabi
tur ⁊ nunq̄ꝫ exaudietᷣ. oculi
noſtri miſeri nunq̄ꝫ aliud vi
debunt niſi miſeriā. Aures
nihil aliud audiēt niſi ve ve
atqꝫ triſticiā O pia corda iſ
tud interminabile ⁊ crudele
ac eternū ve reſpicite lugete
⁊ flete. O montes cadite ſu
ꝑ nos: colles cooperite nos
q̄d ſuſtinetis: q̄d expectatis
abſcōdite nos a facie illa ter-
ribili furoꝛ dn̄i. a vultu ire
glīe dei. Heu heu cur nō hec
maxima mala futura nobiſ
ꝓuenimus cū robur affuit.
cū tp̄s aderat oportunū. v-
tinā de illo tp̄e toto inutili-
ter expenſo ſupeſſet nobis v
na horula tāte pene in reme
dium ꝯceſſa.: Sed heu ſen
tentiā te diuina iuſticia pre
cluſa ē nobis ſalutis via ne
gata mīa ſpes oīm̄s ablata
O dolores ⁊ miſerie ⁊ in eter
num ꝑmanſure. anguſtie in
terra hac obliuionis vbi nl'
lus ordo ſꝫ ſempitern⁹ hor-
ror inhabitat. Quid plura
nos miſeri ⁊ miſerabiles tā
tū affligimur ⁊ dolemus de
illo ve eterno. vt q̄liſcūqꝫ ter-
min⁹ excogitatus dūmodo
finit⁹ eſſꝫ nobis ſolacioſus
Vñ poſito ꝑ impoſſibile q꜄
eſſꝫ aliq̄s lapis molaris a-
deo magnus q꜄ vbiqꝫ circū
erentiā celi ꝯtingeret ⁊ q꜄ a
liq̄ auicula minime quanti
tatis poſt cētum millia āno
rum veniēs de lapide p̄dic-
to ſolummō tm̄ ꝑ roſtꝝ ſuū
auelleret q̄ꝫtum eſt pars de
cima milij.: Et iteꝝ poſt cē
tum millia ānoꝝ curricula
ſicut prius ſcꝫ vnā ꝑticulaꝫ
de decem. ⁊ ſic ꝑ ſingulas ꝑ
tes. Itaqꝫ in decies centeis
millibus ānis non plꝰ dimi
nueretur quātitas lapidis.
niſi quātum hꝫ in magnitu
dine granū vnius milij.
En proch dolor nos miſeri
multū grati eſſemus q꜄ poſt
talē longā ⁊ plenā ꝯſumpti
onem totius lapidis. finem
hrēt ſūa noſtre eterne dāna
tionis. ſꝫ heu hec eadem cō
ſolatio miſeris a dīna iuſti-
cia penitus ē negata Huc-
uſqꝫ miſeroꝝ verba dānato
rum.: Taliter igitᷣ o fili ibi
flagellabuntᷣ q̄ hic a flagel-
lis filioꝝ excipiuntᷣ

¶ Diſcipulus

O iudex tremende ecce nūc
aīma mea ex hac q̄ꝫ viſione

horribili territa pſtrata eſt. ⁊ genua diſſoluta vt vix ſub ſiſtere poſſum. O deus me⁹ adiutor meus. o mi ds eter ne: auerte obſecro furorē tu um a me.: Abſit a me hec eterna damnationis ſīna formi doloſa. Quod ſi aduerſa me opꝫ ſuſtinere fiat voluntas tua hīc in me. huius a me li centiā pleniſſimam habeto nec querulosum diſcipuluꝫ ds cetero in me habebis hoc ſolū facias vt me a te in eter num ſepari nō pmittas

¶ Inferni penas vidēs pe trus monach⁹ grauiſſimaꝫ pniam peregit.

¶ Petrus qdam monach⁹ ex regione ortus hibernie lo co vaſte ſolitudīs cui euaſ/ ſa nomen eſt: inherebat hic priusq̄m heremum peteret moleſtia corporis īterueni/ ente defunctus ē:. Sed pti nus corpori reſtitutus īfer/ ni ſe ſupplicia atqꝫ innume/ ra loca flāmaꝝ vidiſſe teſta/ bat. Qui etiam quoſdā hu ius ſeculi potentes in eiſdē flammis ſuſpenſos ſe vidiſ ſe narrauit.: Qui cum iā de ductus eſſet vt in illo iam ⁊ ipſe mergeret. ſubito ange/ lū choruſci habitus appar uiſſe fatebat q eum in ignem mergi phiberet. cui etiaꝫ di xit. Egredere. ⁊ q̄liter tibi poſt hec viuēdum ſit cautiſ ſime attēde. Poſt quā vocē paulatim recaleſcentib⁹ mē bris ab eterno mortis ſōno euigilās cuncta q̄ circa illū fuerāt geſta narrauit. factiſ qꝫ poſtmodū ſe vigilijs ieiu nijs qꝫ ꝯſtrinxit vt inferni eū vidiſſe ⁊ ptimuiſſe tormēta: ⁊ ſi taceret lingua conuerſa tio loqueret

¶ Infernales penas diuer ſi diuerſimode p meritoꝝ q̄ litate patiunt

¶ Dicebāt de eodem ab/ bate maiore Machario. qꝛ dum ambularet aliquādo in heremum: inuenit caput hoīs in terra iacens. Quod cuꝫ moueret virga palmea quā habebat in manu: locu tum eſt caput illud ad eum. Qui dixit Senex. Quis es tu? Reſpondit caput illud ad ſenem dicens. Ego eraꝫ ſacerdos gentilium qui ali quando commanebant in loco hoc. Tu vero es abbas

macharius q̄ habes ſpiritū ſcm̄ dei Quacūq; ergo hora miſertus fueris eorū qui ſunt in tormentis ⁊ oraueris pro eis tunc ꝯſolantur puſillum Dicit ei ſenex. Et que ē iſta ꝯſolatio? Rn̄dit illud caput Quātū diſtat celū a tra tantū ē ignis ſub pedibꝫ noſtris ⁊ ſup caput nr̄m. Stātibꝫ autem nob in medio ignis non eſt vt quis facie ad faciem videat p̱ximū ſuum Ait ergo ſenex cū fletu. Ue illi diei in quo natus ē hō ſi eſt hec ꝯſolatio ſupplicij.

Rurſus dr̄ ſenex. Eſt peius tormentuꝫ ab his? Rn̄dit caput illud. Maior pena ſubtus nos ē Dicit ei ſenex. Et q̄ ſunt in ipſa? Dicit illi caput illud Nos qui ignorauimus deuꝫ vel aliquid modicuꝫ miſericordie habemꝰ q̄ vero ꝯgnouerunt deū ⁊ negauerūt eum nec fecerūt volūtatem eius. hi ſunt q̄ ſubtus nos ſunt Et poſt hec ſumens ille ſenex caput illud ſepeliuit.

¶ Infernales penas ſentiens clericus mūdo relicto monaſteriū intrauit

¶ In nannetis ciuitate tempore henrici quarti imperatoris erant duo clerici nondū pariētibꝫ annis preſbiteri ſancti litteris affatiꝫ inſtructi inter ſe multū amici Ubi pactū inierūt inter ſe vt vter eorum q̄ prior moreretur alij vigilāti vel dormienti appareret infra triginta dies. Data acceptaq; corporali fide non multuꝫ poſt vnꝰ obijt ⁊ triceſima die alteri vigilanti aſtitit. neſcio quid operis mollienti ⁊ vultu exāgui ⁊ pallido ad euꝫ ait Agnoſcis ne me? Agnoſco ille ait. ⁊ miror quid tā diu moratus fueris Ille prius moram excuſans tandē ait: Et aduentus meus ſi volueris tibi fiet cōmodus mihi omnino infructuoſus Nā ſempiternis damnatus ſū ſupplicijs: Ego ait alter iuuabo te precibꝫ. ieiunijs. ⁊ elemoſinis multis At ille rn̄t Sine penitētia ſunt iudicia dei in inferno. Dū rotat aſtra polus dū pulſat littora pontꝰ pro crīmibꝫ meis puniar. ſi totꝰ mūdus mihi remedia exq̄reret eterna tamē ⁊ innumera penarū genera patiar Et vt aliquā ex meis irreuocabilibꝫ penis cognoſcas. en vna. Protenditq;

manum ſanioſo vlcere ſtil-
lantem. Uideť ne ait tibi le
uis? Cum ille leuem ſibi re-
ferret videri ipſe mortuus
curuatis in volā digitiſ tres
guttas defluētis tabi ſuper
euȝ iaculatus eſt quaꝝ due
tempora vna frontem ꝯtin
gentes cuteȝ ſicut ignito ia
culo penetrauerūt foramen
nucis capax efficientes. il-
lo magnam penam eſſe do-
loris proteſtante clamore
Hoc inquit mortuus erit ti
ꝙ̄ diu vixeris ⁊ penaꝝ mea
ruȝ graue documētuȝ ⁊ niſi
neglexeris ſalutis tue ſingu
lare monumētum. Uade ꝗ
dum licet muta habitum ſi
mul ⁊ animuȝ. ⁊ eſto mona
chus redonis apud ſanctū
melaniū Cumqȝ viuus ad
hoc reſpondere nollet. mor
tuus eū oculi vigore pſtrin
gens Si dubitas inquit ꝯ
uerti miſer lege litteras iſ-
tas Et hoc dicens manum
protendit tetris notis īſcri
ptam ꝗb9 ſathanas ⁊ oē ſa-
tellicīū infernoꝝ omni eccle
ſiaſtico cetui gratias de tar
taro emittebant Quod cuȝ
ipi in nullo ſuis voluptati-
b9 deeſſent. tātum numeruȝ
ſubditarum aīarum paterē
tur ad inferna deſcendere p̄
dicationis incuria quātuȝ
nunqȝ viderāt retroacta ſe-
cula His dictis loquētiſ aſ-
pectus diſparuit. Audiens
hec omnia vendens ⁊ dans
pauperib9 ſcm̄ melanium a
diit: ⁊ monachus ibi fact9
optime ꝯuerſat9 eſt

¶ Infernalis ignis ꝙ̄ acer
b9 ſit ⁊ de waltero cui appa
ruit diabolus..

E In villa que in territo-
rio bunnēſi eſt ſita miles q̄-
dā nobilꝰ ⁊ deuot9 walter9
nomine habitans erat tam
dn̄e noſtre ꝙ̄ ordini ſatiſ obſe
qoſus Hic cū tpe quodam
infirmareť ſolus qȝ iaceret.
diabol9 illi ad pedes lectu
li viſibiliter apparuit. Erat
āt ſicut ipſe nobis retulit fa
cies eius ad inſtar ſimee diſ
poſita cornua habens cap̄-
na In cuius aſpectu cū tre
reť poſtea cōfortatus ait.
Quis vel quid es vnde ve-
nis vel quid queris? Reſpō
dit monſtrum Diabolus ſū
animam tuam tollllere veni
dicente milite. Recede lec-
cator aīam meam nō tolles
chriſto me cōmendo. ſubiū
xit ille: waltere ſi mihi ꝯſē-
ſeris homagiumqȝ feceriſ nō

ſolū incolumitati te reſtitu
am. quin etiā ſuꝑ oēm tuaꝫ
progeniē te ditabo. Rn̄t mi
les. Satis habeo de diuiti
is tuis fallacibus non curo
Vn̄ ergo tibi theſauri.: In
fra terminos inq̄t curie tue
infiniti occultant̄. Cum q̄
cū miles iam loq̄ delectaret̄
ait. Dic mihi vbi eſt aīa dn̄i
mei wilhelmi comitis iuli/
acenſis nuꝑ defuncti? Tūc
rn̄t diabolꝰ militi ⁊ dixit il/
li. Noſti caſtra vicina wol
kenburch ⁊ drakenvelt?
Noui inq̄t. Et ille. ꝑ fidem
meā dico tibi ſi ferrea eſſent
tam caſtra q̄ȝ eoꝝ montana
Et in illo loco mitterent̄ v/
bi aīa wilhelmi eſt anteq̄m
ſuꝑcilicium ſuꝑius īferiori
iungi poſſꝫ liq̄fierent. Quo
dicto mox cachinnādo ſub
iunxit. Ardor iſte balneū la
cteum ē ei. In futuro qn̄ cor
pus ſuū aīa reſumet: tunc ꝑ
mum penā debitā recipiet.
Req̄ſitus de aīa henrici co
mitis ſeynenſis: rn̄dit. Cer
te illā hēmus. De pena tn̄ il
lius nihil expꝛeſſit. Adiecit e
tiā interrogare illū de patre
ſuo. Ad qđ rn̄dit ille. Vigi
ti annis ⁊ vno illū habuimꝰ
Sꝫ monocula illa ⁊ caluuſ
ille atq̄ȝ pediculoſus q̄ in ſo
lario iacet nob̄ eū abſtulerīt
Monoculā vocauit vxorē
eius iugiter lachrymādo o
culū vnum ꝑdiderat. Cal/
uum dixit filiū eius theode
ricuꝫ monachum nr̄m q̄ ad
videnduꝫ germanū eodem
tꝑe aduenerat. Interroga/
tus ſ̄ꝰo de ꝑ̄dicta matrona:
Rn̄dit. Nunq̄ȝ ptāti noſtre
addita eſt. eo q̄ mulier eſſet
bona ac ſcā. Fratrem āt tuū
lābertum ſic ſellauimus: vt
nr̄m ius euadere nō poſſit.
q̄ ante paucos ānos defunc
tus ē vir auarus ⁊ pecunio/
ſus. Dicēte iteꝝ milite Dic
mihi de q̄ loco veniſti nunc
ad me? Rn̄dit demon. Ego
⁊ ſocij mei eramꝰ in exequi
is cuiuſdaꝫ abbatiſſe nigri
ordinis egreſſum anīe eius
preſtolantes. Tunc miles.
quot eratis ibi? Rn̄dit de/
mon. Noſti nemus in Cot
tenforſt? Optime inq̄t noui
Et ille.: Non ſunt tot folia
in arboribꝫ quot illic fuimꝰ
congregati. non eſt tam grā
dis ſilua in ꝓuincia noſtra.
Et q̄d obtinuiſtis ibi? Rn̄t
Heu nihil.: Femina fuit re
ligioſa. ſed ⁊ michael archā
gelus ſuꝑueniens cuꝫ fuſte
ferreo ſic nos cecidit: ⁊ cedē
do fugauit. vt diſꝑgeremur

quemadmodũ puluis. qui
a turbine impellitꝛ. Requiſi
tus etiã ſi eſſet in obitu dñi
gerardi abbatis nr̃i tunc re
center mortui. Rñdit. Non
eſt tm̃ harene in littore ma//
ris q̃t ibi fuimus. Sz modi
cũ ibi obtinuimus: qꝛ pedi
culoſi illi more porcoꝝ ĩ hu
mo iacẽdo grunniẽtes nõ ſi
nebant ꝑius nos accedere
Habent p̃terea domũ quã
dam ſuſurrij capitulum no
tãs: in q̃ oĩa nobis quecũqꝫ
delinquunt ſubtrahũtꝛ. Et
dixit miles. Quõ ſtultiſſime
auſus fuiſti ad obitum viri
tam iuſti venire? Auſus in//
q̃t? Ego p̃ns fui, vbi dei fili//
us expirauit ſedẽs ſup bra//
chium crucis. Hoc ꝟbum
a demone ꝓlatum ꝛ a laico
recitatũ maxime mihi fidez
fecit dictoꝝ. eo ꝙ in gloſa le
gatꝛ ſuper Thobiã. Dicente
waltero. Que fuit porcio ve
ſtra in chriſti morte? Rñdit.
Nulla. Malo nr̃o illuc ve
nimus: qꝛ ꝟtute morientis
turbati ꝛ exagitati. detruſi
ſumus in ĩfernum. Multa
alia cũ demone q̃tiens ſolꝰ
erat conferebat. q̃ poſtq̃ꝫ cõ
ualuit multꝭ recitauit. Vis
nunc audire q̃lis p̃dicti co//
mitis wilhelmi finis fuerit
ꝛ pene.

Infirmatus in caſtro
ſuo nithiecke pro quadam
contumelia ſibi illata venit
coloniam. Qui cum rediret
in via defectum cordis in//
currit ꝛ anime. Ah nunq̃z
de cetero videbo coloniam
Cui in terram depoſito: cũ
medicus eius diceret mor//
tem eſſe in ianuis ſubiecit.
Conſulo tibi vt vxorem tu
am recipias. Reſpondente
illo. non faciam: Supplica
uit ei pro quodã milite quẽ
diu incarcerauerat. Nequa
quam inquit egredietur me
viuente. Tũc medicus. Er
go ante diem craſtinuz egre
dietur. Quod ita factum ẽ.
Cum vero moriturus eſſet
in ſinu cuiuſdam matrone
quam viro proprio tulerat
iacebat. Cui cum illa dice//
ret. Domine quid faciam
poſt mortem veſtram? Iuue
ni inquit nubere debes mi//
liti. Hec eñi ꝟba vltĩa fuere

Eadẽ nocte ſic mihi retu
lit abbas q̃daz ordinis nr̃i.
ſanctimonialis quedam ſã
cti mauricij colonie in loca
penaꝝ tranſpoſita eſt. in q̃//
bꝫ puteum magni horroris

igneo tectū ꝫ operculo int flā
mas vidit ſulphureas.
De quo cum ſuum ductorē
interrogaſſet. reſpōdit ille
Due tm̄ anime in illo ſunt a
nima videlicet maxēcij ipe
ratoꝝ ꝛ aīa wilhelmi comi
tis iuliacenſis. Mane viſū
recitans cum eadem die ru
moꝛ inſonuiſſet colonie de
moꝛte eiuſdem comitis viſi
onem fuiſſe verā intellexit.
Propter ſimilem culpam
iuſtum fuit vt qui pares e
rant in culpa confoꝛmes fi
erent in pena. vtꝰuſꝙ vitā
noui. Maxencij ex lectōne:
wilhelmi ex multoꝝ relatōe
Vterꝙ tirānꝰ vtꝙ ſup̄ mo
dum luxurioſus Sicut le
git in chꝛonicis nulla fuit
i vrbe romana ſiue extra vꝛ
bem matrona tam nobilꝰtā
pudica. dummodo oculis
maxēcij placeret: quī de do
mo mariti ſublatam coꝛrū
peret. Similia faciebat de
virginibꝫ ꝛ viduis Viderūt
iſta viri ꝛ ingemuerūt. parē
tes ꝛ tacuerunt Tāta erat il
liꝰ crudelitas vt cū nimio
doloꝛe coꝛdis afficeret triſ
ticiam tamen diſſimilaret:
Tanta eius extitit tyrānis
vt paſſiꝫ ſenatoꝛes ciues mi
lites occideret. de quibus a
liq̄ habebat ſuſpicio wilhel
mus vero nō diſſimilia opa
batur his ꝛ ſi non pari po
teſtate nō tamen impari vo
lūtate ſicut audiui ita dedi
tus erat luxurie ꝛ īceſtui vt
vix aliquem haberet miſte
rialium cuius vxoꝛeꝫ aut fi
liam non attemptaret viola
re. nullam hn̄s differentiaꝫ
int matrē ꝛ filiam. inter le
gitimā ꝛ abſolutam Quā
te fuerit circa ſubiectos ſiue
cōpꝛouinciales crudelitatꝭ
omnis nouit epiſcopatꝰ co
lonīēſis Maxēcius vxoꝛeꝫ
ꝓpꝛiā occidit iſte incluſit Il
le pſecutus eſt ecciam mul
tos p fidē occidēdo Iſte tpe
ſciſmatis īperij romani pſe
cutꝰ eſt ſedi apoſtolice obe
dientes ſacerdotes de ſuis
ſedibꝫ eijciēdo q̄ſdaꝫ muti
lando ꝛ bona eccīaꝝ diripi
endo. Hec acta ſunt ī tpibꝫ
Innocētij pape

Infernales ꝛ hoꝛrēdiſ
ſimas penas q̄daꝫ diues ſu
ſtinuit vt ꝓ qualitate dele
ctationū q̄litates penarum
reciperet

Refert petrus cluniacē

ſis ꝙ monachus q̄dā cuȝ in
extremis vite ſue eſſet aīma
ſua ducta ſit añ infernalem
portā. q̄ cū ibi tot diuerſita
tes penaꝝ cōſpiceret: vltra
q̄ȝ dici pt̄ tremere cepit. Q̄d
ne faceret āgelus prohibuit
Ibi ꝟo aliq̄ȝ diu morante eo
vidit demones q̄ſdam p̄cur
rentes ⁊ nimiū cachinnan//
tes de ꝑditione aīe cuiuſdā
diuitis quā ſocij ſui ſecū in
barat꜒ dānationis attraxe
runt. Uenie͂tes āt ad princi
pem demonioꝝ dixerūt ſe a
nimā amici ſui: cuȝ gaudio
magno attrahere. Quibus
congaudēs ſi gaudiū infeli
citas dici pt̄ ait. Accipite ⁊
pompoſe (ſicut ſolit⁹ erat) ī
cathedra ſua ſedere facite in
duentes eū (ſicut ſolit⁹ erat)
veſte honorifica. Et ſedere
eū fecerunt ſuꝑ ſedē ita inex
tinguibiliter ardētem. q̄ȝ ſi
totuȝ mare ſuꝑfunderet̄ nul
latenus extingueret̄. palliū
vero q̄ eum circumdederūt
non minoris flagrātie erat.
Illo in ſede miſerabilit̄ col
locato infelicius veſtito ꝑn
ceps ad ſuos ſeruientes ait
Itē ſicut decēs eſt tali ami
co nr̄o poculum nr̄e delecta
tionis ꝓpinate. Tunc tanq̄ȝ
creum liquorē candētem oī

gn̄e fetoris mixtum ori eiuſ
appoſuerūt. ⁊ appoſitus ꝑ ō
nia membra eius in flāmas
diffuſus effundebat̄. q̄ po//
tato ioculatores demōes q̄
ei iocularent̄ admiſit. Qui
accipie͂tes duo cornua igni
bus plena aurib⁹ e⁹ appoſu
erunt. ⁊ corniculari incipie͂
tes ſcintillas ꝑ oculos ei⁹ ⁊
per nares: ⁊ ꝑ oīa foramina
eius emittebāt. Deinde ī ca
merā miſit vbi ꝯtra delecta
tio nes carnales q̄s ſolebat
cum puellis dū adhuc viue
ret exercere infernales pate
ret̄ amaritudines. q̄ oīm ꝑ//
pe͂tium gn̄ib⁹ erat repleta.
Et ita nimio calore incenſa
ꝙ candētis ferri ſatis euin//
ceret ardorem. a q̄b⁹ excep//
tus q̄ȝ horribiliter āplexat⁹
quāq̄ȝ decoroſe oſculatus:
quāq̄ȝ miſerabiliter ſic ꝯtre
ctatus ⁊ per oīa membra di
ſcerptus a nobis pius pr̄ re
moueat ꝙ nunq̄ȝ expiamur
Et ꝯtra queq̄ȝ oblectamēta
carnalia: q̄ prius habuerat
viuens ſingula tormēta in
fernalia inferebāt. Hoc vi
ſo aīa monachi ad corp⁹ re//
dijt. ⁊ quod viderat ob vti//
litatem audientium pluris
enarrauit

Aliud.

¶ Erāt ī ſchola duo inſolē-
tiſſimi ſcholares adoleſcen
tes q̄ non ſolū non pati vo-
lebāt correctiones mgrī. ve
rumetiā ⁊ ad īſolētias ⁊ diſ
ſolutōes alios ſtudere volē
tes ſepiſſime ꝯpellebāt. ⁊ h̄
q̄dem mgr̄ emendare nō po
terat nec audebat. Cōtigit
ergo mgr̄z mori ⁊ tercio die
aut q̄rto in media ſchola in
effigie mgrī diabolum cum
v̄ga ferrea coraz oīb⁹ appare
re. Nec mora cuz nigro vul
tu in adoleſcētes dictos ex-
urgēs. ⁊ cum v̄ga illis mor
tem intemptās repente diſ
paruit. Mox ꝗ illi ꝑ pauo
re in furiā verſi poſt dies ali
quot obier̄t. Ex hinc ḡ ſcho
lares diuinum aduertāt iu
dicium. ⁊ mgrīs ſuis ſubdi
diſcāt: nec vnq̄ꝫ refugiāt cor
rigi nec eis ꝯtingat poſtmo
dū cuz v̄ga ferrea vapulare

¶ Refert petrus cluniacēſ
ꝙ apud caſtꝝ lizimacū q̄d ī
pictauiēſi pago ē ſituatum
nuꝑ q̄dam p̄ſbyter erat qui
ſacerdotalis ordinis ſuꝑ ce
leſtē dignitatē miſerrime vi
te ꝯuerſatione deturpans n̄
ad aīaꝝ q̄bus p̄erat curam.
ſꝫ ad carnis voluptatem ex
plendā ſacro miniſterio v-
tebat̄. Territus tn̄ ꝯſciētie
malo ſicut aliq̄n̄: ⁊ mali ad
horā ꝯpungunt̄ familiari-
tatē quorundā bonoꝝ viro
rum expetiȷ̇t. ⁊ abbati bone
uallis ⁊ frīb⁹ eiuſdez mona
ſterij ſe in amicicia ſpeciete
nus copulauit. Qui longo
tp̄e eum de vite emendatiōe
ꝯmouentes. ⁊ vt cedulo re-
nunciare. aſſidue exhortan
tes nihil ab eo impetrare p̄t
inanem ſpem potuer̄t Naz
libenter q̄ dicebāt audire ſe
fingēs. ⁊ ſꝑ eos de ꝯuerſiōe
ſuſpendens de ſocietate ſcō
rum illoꝝ gloriabat̄. nec ā-
monitione vel exempl' eoꝝ̄
a malis retrahebat̄. In his
itaq̄ꝫ p̄dite vite ſue actib⁹ ꝑ
durans. ⁊ obſtinatione im
pia irā ſibi in die ire theſau
riſans in morbum incidit.
Qui poſt aliq̄t dies ingue-
ſcente ad extrema p̄ueīt Adi
erat eum p̄or viſitionis grā
iam dicti monaſterij atꝫ cū
eo ꝑ aliq̄ꝫtum diei ſpaciū ip
ſo quoq̄ꝫ rogāte ꝑmanſerat
Et nocte ſupueniēte cū cun
ctis dn̄dentibus ſolus lec-
to e⁹ aſſideret. clamare ter-
ribiliter eger ille ad p̄orez ce
pit. Succurre ſuccurre ait
ſuccurre Ecce duo ſuꝑ oēm
feritatez leones expauēdi in

me impetũ faciũt. ⁊ hianti
ore ac rictu feroci per fruſta
me decerpunt. totũq; ꝯſu//
mere volunt. Deṕcare cito
dñm vt ab his eripiar anq̃
eoꝝ morſib; ꝯſumar. Dice
bat hoc ⁊ tremebat. ⁊ velut
deuoraturos fugiẽs timore
defecto corꝑi vires addẽte
retro ſedebat. Prior vocis
ac geſtus illi⁹ turbatus ter
rore nõ ſine multo ⁊ ipſe tío
re erat. ad p̃ces tñ ipſe neccĩ//
tate impellẽte ꝯuerſus ꝑ mi
ſero illo (vt poterat) deũ exo
rabat. Quo orãte mutata vo
ce eger. Bñ inq̇t bñ receſſe
rũt crudeles beſtie. ⁊ ꝑ orõ
nes tuas iã nuſq; apparent:
Et q2 vſq; ad vltimũ ſpũm
ſꝑ ꝯpos ſui extitit. nec vt q̇
dã morientium ſolẽt vel ĩ mo
dico ſenſu ĩminutus fuit cõ
uerſus ad priorẽ loq̇ cũ ipſo
de q̇buſdã vt ſa[ill]ſſim⁹ cepit.
Cũq; tam de his q̃ de alijs
multa int̃ ſe ṽba ꝯferrẽt. ho
re fere vni⁹ ſpacio elapſo rur
ſus ĩclamare longe t̃ribili⁹
q̃ ṗus exorſus ẽ. En inq̇t en
ignis de celo vt torrẽs inun
dãs deſcẽdit: ⁊ ſuꝑ hunc lectũ
veniẽs iamiãq; me in fauil
lã vſq; ꝯburit. Feſtĩa. adiu
ua. ora. ſi forte ab hac mor//
te eripi valeã. Et hec dicẽs

manib; ⁊ brachijs oꝑtoria
ſubleuabat. ⁊ ea velut aliq̇d
iuuare poſſent inuiſibilib;
ignib; turbatus opponebat
Sed nequaq̃. Non enĩ cor
poralia tegmina ab ſpirita
lib; incẽdijs tegere poterãt.
quẽ celeſti vindicte impia o
pera exponebãt. Prior ad//
aucto timore denuo ad orõ
nem ꝯuertit̃ ⁊ q̃tum in tali
caſu poſſibile erat dñi miaꝫ
pro eo deṕcabat̃. Illo vt ſu
pra orõni inſtãte poſt paulu
lũ patiẽs gratulationis vo//
cib; p̃ces e⁹ interrupit dicẽſ
Iã ab igne tutus ſum. nam
dũ ſuꝑ me (vt dixi) cũ impe
tu deſcẽderet: interpoſitus eſt
lintheus vſq; ad queꝫ ignis
ꝑuenit ſ3 eũ trãſire ñ potuit
Iamiã ab iſto ꝑiculo erept⁹
oro ne a me diſcedas quouſ
q; q̇s illoꝝ finis futurus ſit
agnoſcas. Tunc ṗor q̇ tam
tíore q̃ hoſpitandi ĩ neccitate
recedere nolebat ſubſtitit. ⁊
ab orõne ſurgens rurſum ei
aſſedit. Cũq; eum tãtis t̃ro
rib; anxium ꝯſularet̃. ⁊ vt̃//
q; ad inuicem (vt ṗus collo
q̃ret̃) ſubito egrot⁹ ad ĩuiſi
bilia erept⁹ obmutuit. eũ ṗ
or raptũ ab huãnis ĩtelligẽſ
rei exitum p̃ſtolabat̃. Tum
ecce poſt multuꝫ noctis ſpa

cium hō ad ſe redijt ⁊ miſe//
rabiliter ingemiſcēs ait. ha
. ha. ad iudicium eternū ra
ptus ſum. ⁊ heu miſer etna
morte dānatus ſum Tradi
tus ſum horrēdis tortoribꝫ
igne inextinguibili: cuȝ dia
bolo ⁊ angelis eius ꝑpetuo
cruciādus. Ecce ecce igni//
ta ſartago plena buliēti adi
pe quā corā me tormentorū
miniſtri detulerunt. eamqꝫ
ad me frigēdum vndiqꝫ ſuc
cēderunt. Et cū ſepe noīatꝰ
prior orōni ſicut iam bis fe
cerat tercio q̄ȝ incubuiſſet il
le ait. Ceſſa ceſſa oro ꝓ me
orare. ne ꝓ illo vltra fatige//
ris ꝓ quo nullatenus exau/
dieris. Priore āt dicēte frat̄
redi ad cor ⁊ miam dum ad
huc viuis a deo require. ille
adiecit. Putas ait me vt in
ſanum loq̄? Non ait īſanio.
ſed ſana mente ea q̄ dixi ꝯfir
mo. Et cucullā prioris ma
nu tenēs eū īterrogaui Nō
ne hoc quod manu teneo cu
culla tua ē quo rñdente ē ad
iunxit. Sicut hec veſtis cu
culla ē. ⁊ ſicut hoc quod ſub
ſtratuȝ eſt mihi palea ē: ſic ⁊
hoc quod corā cerno ignita
ſartago ē. Et dum hec loq̄//
ret̄ gutta inuiſibil' ignis de
illa quā videbat ſartagīe ex

ilicō in manu eius priore vi
dente cecidit. ⁊ mirabile di
ctu cutem ⁊ carnē vſqꝫ ad in
tima oſſis ꝯſumpſit. Tunc
ille acri cum gemitu. En in
q̄t indubia rei ꝓbatio. Nā
ſicut iſta quā vides de ſarta
gine ꝓlapſa gutta carnis ꝑ
teȝ ꝯſumpſit ſic ꝯfeſtim me
igne ⁊ vorago ꝯſumet. prio
re ad iſta ſtupente iteꝝ dixit
Ecce ſartaginē ipſam mini
ſtri infernales ꝓpius afferūt
⁊ vt me in illaȝ inijciāt iam
iāqꝫ manus adaptāt. Et pꝰ
modicuȝ. Ecce lintheū in q̄
iaceo vndiqȝ ꝯcurrentes ac
cipiunt. ⁊ in igneā ſartagi//
nē eternāqꝫ fixurā ꝓijciunt.
Hec velut vltimū vale mox
vt priori atqꝫ his q̄ ad h̄ ſpe
ctaculū horrendū ꝯuenerāt
dixit. ſubtracta voce ⁊ refle
xa ceruice puniēdum ſpūm
ꝯdemnatis ſpiritibꝫ tradi//
dit. Tantus ꝟo terror ⁊ oēs ī
uaſit vt oēs aufugerēt. nec
aliq̄ in domo vbi mortui ca
dauer remāſerat remanere:
auderent. Facto mane miſe
rum cadauer ſepulture tra//
ditum ē. Poſt aliquot āt di
es cū ad vniuerſos circa po
ſitos hec tā terribilis fama
ꝑueniſſet rei veritatē ꝓbare
volētes tumulum aꝑuerūt

⁊ foſſaȝ illā quā in manu ad
huc viuētis pſbyteri gutta
p̄nūcia dānatōis fecerat in
mortuo cadauere inuenert
q̄ oīa ſicut beatꝰ Grego. dt.
nullo mō ꝓpter ſe īfelix pſbr
vidit cui nihil ipſa viſio cō
tulit. ſȝ q̄ȝta cautela ſacdota
le officiū āminiſtrāduȝ q̄ȝ re
uerent diuina myſteria ſint
tractāda. ſupna ſup eum di
ſpoſitio demrāuit

¶ Duo clerici vno corde in
trabāt monaſteriuȝ. ⁊ tā exē
plarit viuebant vt oēs eos
diligerent Poſt. xij. annos
vnus morit. Cui minor ait
Tecum p deo parētes ⁊ pa//
triā reliqui. ſolare g̃ meū ex
ilium tuo reditu: vt ſciā q̇d
meruimus oīa relinquētes
Faciā inq̇t o dimidium cor
dis mei deo ꝓpicio Tu āt di
lige mortuuȝ. qꝛ viuus te ef
ficaciter ſicut mrēm dilexi.
Moritur g̃ q̄ſi dulciter dor
miēs Et ecce die ſeptimo re
dit mortuꝰ iocunda ⁊ ſplen
dēte facie dicēs. Mi fr̄ hen
rice ſicut audiuimꝰ ſic vidi
mꝰ in ciuitate dn̄i ꝟtutum.
Dudū iā centuplū recepi. ⁊
ecce vitā eternam poſſideo
Preferebat āt in dextera eꝰ
eccl'iam aureā miri artificij
⁊ decoris. ſiniſtra ꝟo cordiſ

locū tegebat Ille ꝟo viuus
ſupra q̄ȝ dici pōt exhilaratꝰ
ait. Cur mi dulcis fr̄ gherar
de in manu tua ita reuerent
geris ecclīam: q̄re etiam cor
tuū celes ſolita dilectōe edi
cito: Intrepidꝰ ait audi qꝛ
ꝯſolari te reuerſus ſum No
ſti qꝛ ecclīam a meis mihi ſū
ptuoſe ꝓcuratam cum eius
honore ⁊ ꝯmodo amore ꝑfe
ctionis euāgelice ⁊ tīore pe
riculi q̄d ē in cura aīaꝝ reli
q̇. Quare ſup oēs reges ter
re ⁊ cunctas ſcl'i diuitias cū
beatis et'naliter exulto Cui
āt amore cor meū celo. qꝛ ip
ſum p̄cioſo lapide tāti ſplē//
doris decorat. vt viſus tuꝰ
mox ex illo ſecaret q̄d ꝯſecu
tus ſum a dn̄o meo ieſu chri
ſto. qꝛ eiꝰ paſſionis ⁊ īcarna
tionis bn̄ficiū q̄tidie deuo
tus ruminari ſolebā Si me
diligis inq̇t tolle cito manū
libenter p hoc vidēdo vnuȝ
ocl'm expēdā. q̄d dixit ⁊ fecit
Cū āt nimis ardent p tāto
gaudio etiā altero ꝓuari de
ſiderabat ait illi btūs Mea
interuentione triceſima die
mihi iungeris ⁊ gaudiū no
ſtꝝ nemo tollet a nobis. In
terim dic fratribus: qꝛ mag
na cos p̄mia manent nemo
tepeſcat. Frater vero ſic diſ

ponebat domui ſue id ē con
ſcie vt nihil liberet niſi cib⁹
aīe. Flentib⁹ aūt pre amore
frīb⁹ e⁹ triceſima die locūde
eiſdē valedixit atq̧ miğuit.

¶ De q̄rto nouiſſimoꝝ qđ
eſt regnuʒ celoꝝ.

Quartū nouiſſimoꝝ
qđ valde ⁊ p̄cipue
dʒ hoīes a pctīs re/
trahere eſt gl'ia celeſtis. Si
hō ſe īfrenat ab homicidio
vel ꝯſimili ope crimino ſo:
ne p̱dat tp̱alia. q̄nto magis
dʒ ſe cohercere ab oī actu il/
licito ne amittat gaudia ſē/
piterna Vñ Aug⁹. in li. cō
feſſionū. Et gaudiū qđ nō
daꝛ imp̄ijs: ſʒ eis q̄ te colūt
ǫꝝ gaudium tu ipſe es Et ğ
ſcribiꝛ p̄mo ad chorın. vi.
Iniq̄ regnū dei non poſſide
bunt. imo cū maxima ꝯfuſi
one repellenꝛ ab eodē. ſicut
goliardi ⁊ nebulones viliſſi
mi indignanꝛ repelli ſolent
ab imp̱atoris curia nec illic
ſedeāt cū regib⁹ ⁊ p̄ncipib⁹ ī
tam excellēti ⁊ ſolēni menſa
Dicit eñ caſſiodorus ſup il
lud pſal. Expelle eos qm̄ ir
ritauerūt te dñe. Hic diſci/
mus ꝙ tm̄ vnuſquiſq̧ repel
liꝛ q̄ztum eius pctā cumulā
tur. q̄ztitas eñ dilecti mēſu
ra ē repudij. Nunq̄d ğ qui
libet pctā vitabit. ⁊ tq̄ȝ mor
tiferꝝ celerius abhorrebit: q̄
per decce eſte gaudiū ſe no
uerit amiſſuꝝ. De hac āt in
comp̄henſibili gl'a. ego pau
per ingenio q̄d loq̄ndo p̱fe/
rā? Si eñ oculus non vidit
nec aures audiuit nec in cor
hoīs aſcēdit: q̄ p̄parauit de
us diligētib⁹ ſe. Sicut ſcri
biꝛ p̄mo ad corin. ij. de illis
q̄ tunc referā. Certe q̄ſi bal
buciēdo ſicut cecus nat⁹ di
ſputās de colorib⁹ non ꝯſi/
derās de ſenſu p̱prio. ſʒ mul
tiplici ſcripturaꝝ teſtimoni
o pauliſper inde dicā

¶ Eſt igiꝛ notādum. ꝙ quā
uis in regno dei ſunt valde
mľta: immo innumerabilia
eius felicitateʒ tangentia ⁊
gl'am pleniſſime atteſtantia
Ipſum tñ quo ad p̄ns ſpeci
aliter a trib⁹ ꝯmendaꝛ. Pri
mo a ſumma pulchritudīe:
ſiue claritate. Secūdo a bo
noꝝ oīm copioſitate. Ter/
cio a maxima leticia iugiter
durante in eternitate Nam
ibi eſt immenſa pulchritu/
do ſiue claritas. bonoꝝ infi
nita copioſitas. ſummmu
gaudium ⁊ ſtabilis eterni/
tas. De quibus hic per or/

dinem breuiter dicetur

## De pulchritudine regni celoꝝ

IN primis igitur regnū dei commendatur a ſumma pulchritudine ſiue claritate. Nam vt dr ſapie. v. Ipſum dr regnum deco-ris. Hinc eſt quod pſalmi-ſta dt:. Dn̄e dilexi decorem domus tue. Unde Thobie xiij. Beatus ero ſi fuerint r̄liqu e ſeminis mei ad vidē-dam claritatē hieruſalem.. Porte eius ex ſaphiro ⁊ ſmaragdo edificabunt ⁊ ex lapide p̄cioſo. Dis circuit⁹ muroꝝ eius ex lapide candido ⁊ auro mundo omēs platee eius ſternent. It. apoca. xxi Ipſa ciuitas auꝝ munduꝫ ſimile vitro mundo funda-mēta muri ciuitatis ſunt lapide precioſo ornata. ⁊ duodecim porte duodecim margarite ſunt p ſingulas. ⁊ ſinguleporte erant ex ſingulis margaritis. ⁊ platee ciuitatis auꝝ mūdum tanq̄ vitꝝ perlucidū: ⁊ templū non vidi in ea. Dn̄s eīm deus oīps templum eius eſt ⁊ agnus. Et ciuitas non eget ſole neq̄ luna vt luceant in ea. Nā claritas dei illuminabit eā In lucerna eius eſt agnus ⁊ ambulabunt gētes in lumine eius. Item apoca. Nox vltra non erit ⁊ non egebūt lumine lucerne neq̄ lumine ſolis. qm̄ deus illuminabit illos: ⁊ regnabunt in ſecula ſeculoꝝ. Cum quo videtur concorda re illud Iſaye. xl. Non erit tibi āplius ſol ad lucendum per diē: nec ſplendor lune illuminabit te. ſed erit tibi dn̄s in lucem ſempiternam. Ipſe eīm eſt ſpecu-luꝫ ſine macula ⁊ candor lucis eterne. Sicut ſcribit ſapientie. vij. Item ſplen-dor glorie vt habet ad He-breos p̄mo. Nam ſplēdor eius vt lux erit. Abacuc. iij Ab hoc ſplendore omnes ſācti in regno celoꝝ recipiunt lucem ⁊ fulgorem ſempiternū quo aſſidue felices letantur. Vn̄ Iudicum. v. Qui diligunt te ſicut ſol in hortu ſuo ſplendet ita rutilent Et ergo dr Sapientie. iij. Fulgebunt iuſti: ⁊ tanq̄ ſancti illi in arundineto diſcurrēt Mathei. xiij Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum. O q̄ glorioſum eſt hoc regnum. ⁊ q̄ dilecta ta

bernacula tua dñe ꝟtutum
q̄ magnus decor. q̄ ingens
ſplendor in ciuitate dñi. q̄
mira claritas. ⁊ q̄m ſumma
amenitas in celeſti patria.
Vñ Aug⁹. de libero arbi-
trio ſic inq̄t. Tanta eſt pul
chritudo iuſticie. tāta eſt io
cunditas lucis eterne: vt etiā
ſi non liceret āplius in ea de
lectari q̄ vnius diei hora ꝓ
pter hoc ſolū innumerabi-
les h⁹ vite dies pleni delici-
is ⁊ affluētia bonoꝝ tꝑaliū
recte ⁊ merito deſpicerētur
Non eñ falſo aut puo affe
ctu dcm̄ eſt. Q̄m melior ē di
es vna in atrijs tuis ſup mi
lia. Quare idem Aug⁹ in li.
de ciui. dei exclamās ita dt
O celeſtis hierl'm domus il
luminoſa ad te ſuſpirat pe-
regrinatio mea ⁊ poſſideꝫ me
in te q̄ fecit ⁊ me ⁊ te Unde
Bernardus in omelia terci
a ſup miſſus eſt. O q̄ glori
oſum ē regnum illud in q̄ re
ges ꝯgregati ꝯuenerunt in
vnum ad laudandum ſcꝫ ⁊
glorificandum eum q̄ ſuper
oēs eſt rex regum ⁊ dñs do-
minātium. de cuius ſplēdi
diſſima ꝯtemplatōne fulge
bunt iuſti ſicut ſol in regno
patris eoꝝ. Hinc ꝓpheta dt
Adimplebis me leticia cuꝫ
vultu tuo. Vñ iob. xxij Vi
debit faciem ei⁹ in iubilati
one. Hanc faciem oēs inſpi
cient q̄ dño fideliter ſeruie-
runt in humilitate cordis. ⁊
laborib⁹ plurimis ac operi
bus ꝟtuoſis Unde apoca.
vltimo. Serui eius ſeruiēt
illi ⁊ videbunt faciem eius
Et ideo dr Iſaie. xxxiij. Re
gem in decore ſuo videbūt.
O q̄ pium ⁊ q̄ gratum: q̄
ſuaue q̄ beatum erit tunc ie
ſum videre his q̄ eum dile-
xere Tunc certe exclamādo
dices illud abacuc. iij. Ego
aūt in dño gaudebo: ⁊ exul
tabo in deo ieſu meo. O q̄n
tum gaudebunt q̄s gaudia
ſumma replebunt. Quos il
luſtrabit. quos ſp glorifica
bit. Viſio ſcā dei. ſplendor
q̄ ſue faciei

¶ De copioſitate omnium
bonoꝝ regni celeſtis

Regnū celeſte ꝯmēde
tur ſecundo a bonoꝝ
omnium copioſita-
te. Unde Auguſtinus in li
bro de ciuitate dei ſic dicit.
Q. ō deus ꝑpauit diligētib⁹
ſe. ſpe non attingitur. char

tate non ꝯphendit. desidе-
ria ⁊ vota trāſgredit. Acq-
ri pt: eſtimari non pt. Item
Bernar. Merces ſcōꝝ tam
magna ꝙ non pt menſurari
tam multa ꝙ non pt nume-
rari. tam copioſa: ꝙ non pt
eſtimari. De his ſupabun-
dātibꝰ bonis ⁊ diuitijs ipſi
us regni celeſtis ita ſcribit:
Deutro. viij. Dn̄s deus tu
us introducit te in terrā bo
nā terrā viuoꝝ aq̄ꝝ ꝗ ⁊ fon-
tium. in cuius cāpis ⁊ mon
tibꝰ erumpent fluuioꝝ abyſ
ſi. Terraȝ frumenti ordei ⁊
vineaꝝ in q̄ ficus mala gra
nata ⁊ oliueta naſcunt terrā
olei ⁊ mellis. vbi abſq; vlla
penuria comedes panē tuū
⁊ rerū oīm abundātia ꝑfrue
ris. Certe hec terra fertilis
copioſiſſime fluens lacte ac
dulcedine mellis. Hec ē ter
ra ad quā explorādam miſſi
ſunt filij dan ſicut ſcribitur
Judicū. xviij. Qui redeun
tes dixerunt. vidimus traȝ
valde opulentā ⁊ vberē: no
lite negligere. nolite ceſſare
eamus ⁊ poſſideamus eam
nullus erit labor Tradetq;
dn̄s nobis locuȝ in quo nul
lius rei ē penuria Nā oē, qd
moleſtat ibi deeſt Auguſti.
Eterna btitudo ꝯſiſtit ī du

obꝰ ſcȝ in necāria abſentia ō
nis mali ⁊ necāria pn̄tia oīſ
boni. Si em̄ q̄ris qd ibi eſt
Aliter non pt rn̄deri niſi q̄c
qd boni eſt. ⁊ quicq̄d mali ē
nuſquā eſt. Et ergo dt bea-
tus Grego. Nihil exterius
qd ibi appetat. ⁊ nihil inte-
rius qd ibi faſtidiat Jō ſcri
bit apoca. vltimo. Nō eſu
rient neq; ſitiēt āplius. ⁊ n̄
cadet ſup eos ſol: neq; vlluſ
eſtus qm̄ agnus dei q̄ in me
dio throni ē reget eos: ⁊ de
ducet eos ad vite fontes aq̄
rum. Et ibidem oñdit mihi
flumen aque vite. q̄ ſitit ve
niat. q̄ vult accipiat vite a-
quā gratis. Qui āt biberit
ex hac aq̄ non ſitiet iteꝝ ſed
fiet in eo fons aque ſalientꝭ
in vitā eternā. vt habet Joā
iiij. O q̄ felix patria. q̄ bea
ta terra vbi deꝰ erit oīa erit
oīa in oībꝰ ⁊ nullius rei ē pe
nuria ſeu aliq̄s defectꝰ Cer
te hec patria locus ē paſcue
celeſtis vbi nihil deerit. in q̄
fideles ſuos dn̄s reficiet ſu
auiter ac ꝑpetue collocabit
Vn̄ Ezechie. xxxiiij. Indu
cā eas in terrā ſuā ⁊ paſcam
eas in montibꝰ iſrahel. in ri
uis. in cunctis terre. in pa-
ſcuis vberrimis paſcā eas
⁊ in montibꝰ excelſis erun

paſcue eaꝝ. ibi req̃eſcent in
herbis virentibꝫ ⁊ in paſcu
is pinguibꝫ paſcent̃ ſup̱ mõ
tes iſrahel. Ipſi eñ ſci paſ-
cent̃ in cognitiõe ſumme ve
ritatꝭ. ⁊ illa erunt paſcua v-
berrima ſiue ingrediant̃ ad
ↄtemplãdum diuinitatẽ: ſi
ue egrediãt̃ ad ↄſiderãdum
humanitatẽ. vtrobiqꝫ inue
nient plenã ſocietatem Vñ
Ioã. x. Ingredient̃ ⁊ egredi
ent̃ ⁊ paſcua inueniẽt Item
paſcent̃ in delectatõe ⁊ frui
tione ſumme ſuauitꝭ. ⁊ il-
la erũt paſcua pinguia Vñ
dr̃ in pſ̃. Ex adipe frumẽti
ſatiat te. Adeps hꝰ frumẽti
ẽ delectatio. ⁊ ſuauitas que
cauſat̃ ex amore dei. Hoc ḡ
amore ſicut adipe ⁊ pingue
dine repleat̃ aĩa mea. Paſcẽ
tur etiã in eťnitate ꝑpetue
ſecuritatis. ⁊ illa paſcua e-
runt virẽtia. nunq̃ꝫ eñ are-
ſcent ſꝫ ſp̱ vireſcent ⁊ in pul
chritudine ꝑpetua durabũt
Ecce q̃lis patria: ⁊ q̃ꝫ bona
terra. vbi tam vberria pin-
guia ⁊ virẽtia erunt paſcua
btõꝝ. Hec ẽ vere terra viuen
tium in q̃ credimus tot ⁊ tã
ta videre bona dñ̃. Vñ dr̃
in pſ̃. Replebimur in boĩs
domus tue. ⁊ q̃ ſunt in illa
bona q̃bus ſci replebuntur

niſi illa incomp̃henſibil' glo
ria beatoꝝ. Nam vt dt̃ ber
nardus in ſermone de dedi
catione. Ad imaginẽ dei fa
cta eſt anima rõnalis. cete-
ris omĩbus occupari p̃t: re
pleri non p̃t. Capacitatem
eñ dei quicq̃d deo minus ẽ
non implebit. Hac ineffa-
bili gloria non ſolum ĩplebi
mur: veꝝ etiam vſqꝫ ad ſum
mũ inebriamur. Vñ Hie-
re. xxxij. Inebriabo ſacerdo
tum aĩas cum pinguedine
hoc faciet in cena magna fi
delibus ꝑpata. Tunc eñ ip̃
cinget ſe ⁊ faciet illos diſcũ
bere. ⁊ trãſiens miniſtrabit
illis ferculũ ſue glorie: ⁊ vi
num mire ſuauitatis ⁊ leti-
cie eis exhibendo. Tunc di
cet̃ illud diſcumbẽtibꝫ Can
ticoꝝ. v. Comedite ⁊ bibite
amici ⁊ inebriamini chariſ
ſimi. Hinc ſcribit̃ Iſa. xxix
Inebriamini ⁊ non in vino
Et vñ tunc inebriabuntur?
Certe a gaudio mltiplici: ⁊
gloria celeſti O deus eter
ne q̃ꝫ dulciter ⁊ plene tunc fi
deles tui inebriabunt̃ ab v
bertate domus tue: ⁊ torrẽ
te voluptatis tue Qm̃ apd̃
te eſt fons vite: fons indefi-
ciens btĩtudinis ⁊ glĩe Vti
qꝫ hãc domum decet ſcitu-

do in longitudine dieꝝ. Ip
ſa ei eſt domus dm̄ diuitijs
referta: ⁊ ciuitas dei nrī oī
bꝰ bonis adimpleta. Qua/
ꝓpter ſcribit Iſa. xxxiij. O/
culi tui videbunt hieruſalē
opulentā ciuitatē. Huius
ciuitatis opulētia ſeu bono
rū maxima abundātia non
ſolū pꝫ ex p̄dictis. ſed etiaꝫ
ſpecialiter ex multitudine e
ius pacis in q̄ delectabunt
manſueti q̇ hereditabunt il
lam terrā ſupius expꝰſſam.
Iſa. lv. In leticia egredieī/
ni ⁊ in pace deducemini. O
quāta ipſius hieruſalē abū
dantia pacis eius in ꝑpetu
um nunq̄ꝫ erit finis. Sicut
ſcribit Iſa. ix. Itē eiuſdem
xxxij. Sedebit ꝑpl's meus ī
pulchritudine pacis. in tab
naculis fiducie. in reqe epu
lēto Et ergo bene dr̄: thobie
xiij. Hierl'm ciuitas dei: be
ati oēs q̇ diligunt te ⁊ gau/
dent ſup pacem tuā. Naꝫ ſi
cut habet Ezechie. xiij. In
te vident ſcī viſiones pacis
ibi pax ſup oēm pacem: ibi
pax ſumma que exupat oēꝫ
ſenſum: necnō antecedit hu
manum ītellectum. Qui tā
te pacis voluerit eſſe parti/
ceps cuꝫ ſcīs in celis diſcat
nunc humiliter pati in t'ris

Nā vt ſcribit in Aurora ad
tam p̄clarā regem patien
do ꝑuenit. Nec niſi ꝑ penā
ſapiens hac luce potitur

De maxima ⁊ ſtabili leti
cia regni celeſtis

Poſtremo regnū dei cō
mendat a maxima leticia iu
giter durāte in et'nitate Uñ
Grego. in omelia. Que lin
gua dicere vel q̇s intellectꝰ
capꝫ ſufficit illa ſupne ciui/
tatis q̄ta ſint gaudia ange
loꝝ choris intereſſe cū btīſ/
ſimis ſpiritibꝫ gl'e ꝯditoris
aſſiſtere. p̄ntem dei vultum
cernere. incircumſcꝑtum lu
men videre. nullo mortꝭ me
tu affici incorruptionis ꝑ/
petuitate letari. Certe hec ē
ciuitas dei nrī hierl'm vrbs
btā hieruſalem que vt ciui/
tas edificatur. O ciuitas ci
uitatum: in qua ſunt tanta
gaudia ⁊ leticie btōꝝ. Iſa.
vltimo. Letamini cū hieru
ſalem: ⁊ exultate in ea ōnes
qui diligitis eam. gaudete
cum ea gaudio vniuerſi quī
lugebatis ſuper eam ⁊ fugi
ebatis ⁊ repleaīni ab vbere
ꝯſolationis eiꝰ a vt mulge

atis ⁊ dlicijs affluatis ab ō
nimoda gl'a e⁹. De immēſa
huius ciuitatis gl'a ſic dicit
Aug⁹ in li. de ci. dei. Quan
ta erit illa felicitas vbi nul//
lū erit malū. nullum latebit
bonū vacabit̃ dei laudib⁊ q̄
erit oīa in oib⁊. Jſaie. lxiiij.
Oculus non vidit de⁹ abs
te que p̄paſti expectātib⁊ te.
q̄ ſcis donaturus es in ma//
xima leticia ꝑpetua poſſidē
da. Et eiuſdem. xxxv. Ue//
nient in ſyon cū laude ⁊ leti
cia ſempit̃na ſup̄ capita eo
rum. Hinc eſt ꝙ p̄s d̄t. No
uit dn̄s dies immaculatoꝝ
⁊ hereditas eoꝝ in eternum
erit Uere ſicut ſcribit̃ Tho
bie. xiij. Magnus es dn̄e i
eternū ⁊ in oīa ſecula regnū
tuum. Aug⁹ in li. de ci. dei.
Uacabimus ⁊ videbimus
amabimus ⁊ laudabimus
ecce q̄d erit in fine ſine fine.
Nam q̄s noſter alius erit fi
nis: niſi ꝑuenire ad regnuꝫ
cuius nullus erit finis. Ue
riſſime regnū tuum dn̄e re//
gnum oīm ſc̄toꝝ: ⁊ dn̄atio
tua in oī generatione ⁊ gn̄a
tionem. Et ideo ſcribit̃ tho
bie. xiij. Benedictus dn̄s q̄
exaltauit hieruſalē vt ſit re//
gnū eius in ſc̄l'a ſc̄loꝝ ſup̄ eā
O q̄ꝫ gl'oſum eſt hoc regnuꝫ

in q̄ cum chriſto gaudent ō
nes ſci. amictiq꞉ ſtolis albiſ
ſequunt̃ agnum q̄cūq꞉ ierit
De quo regno d̄t beat⁹ Au.
in li. de ꝯflictu vicioꝝ ⁊ vir
tutuꝫ. Recedat amor p̄n̄tis
ſeculi in q̄ nullus ita naſcit̃
vt non moriat̃. ⁊ ſuccedat a
mor futuri ſeculi in quo om
nes viuificant̃ vt non mori
ant̃ deinceps. vbi nulla ad
uerſitas turbat. nulla nccī//
tas anguſtat. nl'la moleſtia
inq̄etat. ſꝫ ꝑennis leticia ibi
regnat. Hinc eſt ꝙ d̄r in p̄s
Juſti epulent̃ ⁊ exultent in
ꝯſpectu dei: ⁊ delectētur in
leticia. Jt̄ Jſa. xxxv. Gau//
dium ⁊ leticiā obtinebunt ⁊
fugient dolor ⁊ gemit⁹ Un̄
apoca. xxi. Abſterget deus
oēm lachrymā ab oculis ſā
ctoꝝ. ⁊ mors vltra non erit
neq꞉ luctus neq꞉ clamor ne
q꞉ dolor erit vltra. q̄m p̄ma
abierunt. Jt̄ Jſa. xxv. Au
fert deus oēm lachrymā ab
oī facie. ⁊ obprobrium p̄pl'i
ſui auferret de vniuerſa t̃ra
Et dicent in illa die. Ecce
deus nr̄ expectauimus euꝫ.
exultabimus ⁊ letabimur i
ſalutari eius. O q̄ꝫta leticia
qn̄ non ſolum in aīa ſꝫ etiaꝫ
in corpore fuerit gloriāduꝫ
Jſa. lxi. Jn terra ſua dupli

cia poſſidebunt. Et pueṛbi
oꝝ. vltimo. Oēs domeſtici
e⁹ amicti ſunt duplicib⁹. id
ē duab⁹ ſtolis q̄ꝝ vnā ſcꝫ aīe
iam poſſidēt. ꝛ reliq̄ꝫ. ſ. cor//
porꝭ expectāt accepturi Itē
qm̄ nō ſolū erit eis gaudiū
de bonis opib⁹ ꝓꝑrijs: ſꝫ eti
am de meritis ſingulis oīm
btōꝝ. Vñ dr̄ dn̄s hiere. xxx
ij. Habitare eos faciam ꝯfi
dēter: ꝛ erunt mihi in ꝑpl'm
ꝛ ero eis in deum ꝛ dabo eis
cor vnū. non vnitate ſubſtā
tie: ſꝫ vinculo charitatꝭ Ec
ce chariſſime ſi aīa martyrіſ
ꝯfeſſoris vel v̄ginis ꝛ aīma
tua tunc erunt vna. ꝯſeq̄ns
videt̄ q̄ illoꝝ gaudiū etiam
erit ꝛ tuū Simile eſt de aīa
apl'i vel cuiuſlibet alterius
ſcī. Hinc grego. dr̄. Tanta
eſt vis charitatis. oīa ſoci//
at vt bonum qd̄ q̄s in ſe nō
ſuſcipit: in alio gaudeat ac
cepiſſe. Certe illud admirā
dum ꝛ multiplex gaudiū in
cor hoīs non aſcēdit. Et q̄ q̄
libet totus ipſum gaudiuꝫ
introibit. ꝛ ſic gaudiū ſuuꝫ
plenū erit Nam int⁹ ꝛ extra
ſubtus ꝛ ſupra. īmo circum
q̄ q̄ꝫ mirabiliter gaudebit. ī
tus de puritate cōſcie. extra
de corꝑis glificatione. ſub//
tus de celo ꝛ aliaꝝ creatura

rum pulchritudine ꝛ innо//
catione. ſupra de dei viſiōe
ꝛ circūcirca de angeloꝝ ꝛ ō
nium ſcōꝝ iocunditate ꝛ de
lectabili aſſociatōne. Vere
vere vere nemo p̄t cogitare
q̄ꝫtum erit exultare tunc ī ce
lis hītare ꝛ cum āgelis reg//
re. Et q̄ bene dr̄ Mat. xxv.
Intra in gaudium dn̄i tui. ī
tra in hoſpitiū gaudij. nam
non poterit intrare cor tuuꝫ
de immēſitate gaudioꝝ cele
ſtiū. Sic dr̄ beatus Ber. ī
li. meditationuꝫ ſuaꝝ. Ibi
totuꝫ leticia. ibi totū exultatio
poſſidet. hoīeſq̄ꝫ angelis ſo
ciati ſine vlla carnis īfirmi
tate imꝑpetuū manebūt. io
cunditas infinita. btītudo
ſempiterna. in q̄ q̄ ſemel ſu
ſcipit̄: ſp̄ tenetur ibi req̄es a
laborib⁹. pax ab hoſtib⁹. a//
menitas de nouitate. ſecuri
tas de eternitate. dulcedo ꝛ
ſuauitas de dei viſione. Et
q̄s illic hītare vehement̄ nō
deſiderat. ꝛ ꝓpter pacē ꝛ ꝓpt̄
amenitatē ꝓpter eternitatē
ꝛ ꝓpter dei viſionē. Itē dr̄ a
libi adhuc idē bernard⁹ Tā
ta eſt iocunditas ꝛ ſuauitaſ
illius patrie celeſtis q̄ ſi nō
liceret ibi eſſe niſi ꝑ vni⁹ ho
re ſpacium oēs dies h⁹ vite
pleni delicijs merito ꝯtēne

rent. Cui ꝯparata oĩs aliũ de
ſuauitas dolor ẽ. oĩs iocun
ditas meror. oẽ dulce ama/
rum. oẽ decoꝝ fedũ. ⁊ oẽ ali
ud quicq̇d delectare poſſet
moleſtũ: cum dei bonitas ĩ
infinitũ excedat oẽm aliam
bonitatẽ. O bone deus: q̇d
mihi eſt in celo. ⁊ a te q̇d vo
lui ſup terrã. cum hec oĩa ſit
deſiderabilia ſup auꝝ ⁊ lapi
dem p̄cioſum multũ: ⁊ dul
ciora ſup mel ⁊ fauũ. O q̇d
dicemus de hac patria. q̇d
de hieruſalẽ vrbe tam btã.
Per hos eñ viros ſicut ſcri
bit Thobie. xiij. Inceſſant
iocunde ⁊ dulciter cantatur
all'a. Vñ Iſa. li. Gaudiũ ⁊
leticia inuenient in ea. grãꝝ/
actio. ⁊ vox laudis in tẽplo
eius oẽs dicent glãm. Et ve
re merito vox exultationis
⁊ ſalutis reſonet in taberna
culis iuſtoꝝ. Nam in ciui/
tate dñi ibi ſonãt iugiter or
gana ſcõꝝ q̇ tribulationũ ⁊
penaꝝ laboꝝq́ȝ ⁊ oĩm miſe/
riaꝝ penitus iam obliti per
fruunt ⁊ iubilo celeſti. O q̃ȝ
letabunde. q̃ȝ ſuauiter ⁊ pre
clare tunc canet in D la ſol.
q̇ in gama vt fleuit ⁊ are.
De hac ciuitate loquit ad/
huc Bernar. in li. de medi/
tationib. O ciuitas celeſt

mãſio ſecura. patria totum
ꝯtinẽs qd̓ delectat. ibi inco
le quietis pp̄l's ſine murmu
re. q̃ȝ glorioſa dicta ſunt de
te ciuitas dei. ſicut letãtiuȝ
oĩm habitatio eſt in te. Ibi
Pax. pietas. boĩtas. lux. v
tus. ſplẽdor. honeſtas. Glo
ria. laus. requies. amor: ⁊
concordia dulcis. Gaudiũ
leticia. dulcedo. vita peren
nis De hac ãt perenni vi
ta certi erunt ⁊ ſecuri ꝙ nun
q̃ȝ imꝑpetuum erit amitten
da. Iſaie. xxxij. Securitas
erit vſq́ȝ in ſempiternũ. Itẽ
Ezechi. xxxiiij. Habitabũt
confidẽnter abſq́ȝ v'lo tiore
Et Prouer. j. Qui me au/
dierit abſq́ȝ terrore reqēſcet
⁊ abundantia ꝑfruet malo
rum timore ſublato Vnde
Aug'. Beatitudinem oĩm
bonorũ celeſtiũ ꝑficit ſecuri
tas eterna: q̇ ſi ſola deeſſet
oĩa bona celeſtia q̃ȝtumcun
q́ȝ dulcia vaneſcerent ⁊ vile
ſcerent ex timore amittendi
Et ergo aſſecurãdo dt dñs
Joan. xvj. Gaudium vrm
nemo tollet a vobis. O do
mus dei. ciuitas regis ma/
gni q̃ȝ innumerabilia quaȝ
grãdia ⁊ eternalia ſunt cun
cta tua gaudia. q̃ȝ multe tue
leticie. q̃ȝ felices tui incole

Vere vere Beati q̄ hītant ī
domo tua dn̄e: nam in ſecu
la ſcl'oꝝ laudabunt te Quiſ
em̄ ignorat compos mentiſ
ſue. ꝙ cet⁹ in excelſis te lau//
dat celicus oīs. Huius āt
leticie ſeu celeſtis gl'e ꝑpetu
itas indeficiens ex hoc ꝑpē
ditur q2 oliue ꝯꝑatur. Vn̄
Ozee. xiiij Erit q̄ſi oliua glo
ria eius. Oliua em̄ indefici
enter tam in hyeme q̄ȝ ī eſta
te ſp̄ vireſcit. Et ideo inde//
fectibilē eternā iſtius gl'ie ꝑ
manentiā deſignat. q̄ ex di//
uturnitate nō deficit: ſȝ ma
gis innouat̄. De hac eter
na gl'a ſic dt̄ Chriſoſtimus
in li. de reꝑatōne lapſi Que
erit voluptas que leticia eſt
cum chriſto cum aīa ad pro
priā ḡn̄oſitatem regreſſa cū
fiducia iam ceperit dn̄m ſu
um videre. Explicari non
poteſt illius leticie magni//
tudo. Non em̄ ſolum ꝑ his
exultat: quibus perfruitur
tunc in preſenti. Sed mul
to magis ꝑ eo gaudet ꝙ bo
noꝝ ſuoꝝ ſcit nullum finem
futurum. Et quis erit par//
ticeps tante glorie ſine fine
permanſure? Certe gloria
hec eſt omnibus ſanctis ſuis
Nam ſancti exultabunt in
gl'a: letabuntur in cubilibꝫ
ſuis. Unde q̄ chriſti veſti//
gia ſecuti fuerunt in terris.
cum ipſo regnabunt in gl'ia
& honore coronati eternalit̄
in celis. O dilecte mi q̄ȝ in//
effabiliter tunc gaudebis ſi
ad illa gaudia in eterna gl'a
fueris tranſlatus. Tūc vtī
q̄ȝ dices exclamando illud
Iſaie. lxi. Gaudens gaude
bo in domino: & exultabit a
nima mea in deo meo. q2 in
duit me veſtimētis ſalutis.
Veriſſime ſicut ſcribit̄ iob
xxij. Tunc ſuper omnipotē
tem delicijs affluēs. & eleua
bis ad deum faciem tuam:
& in vijs tuis lumen ſplēde
bit. De quo habetur Eccle
ſiaſtici. xi. Dulce lumē & de
lectabile eſt videre ſolem id
ē chriſtum. quem cognoſce
re & intueri excellit oē gau//
diū huius mundi. Nec mi
rum quia eius viſio & noti//
cia eſt ſanctorum gloria & vi
ta ſempiterna. Unde Ioan
nis. xvij. Hec eſt vita eter//
na vt cognoſcant te ſolū de
um verum: & quem miſiſti
ieſum chriſtum. Qui ad co
gnitōnem hanc peruenerit
ipſum deum facie ad faciem
videbit: & cognoſcet eum ſi
cuti eſt ſc̄m eſſe diuinum qđ
erit gaudium excellentiſſi//

mum: fons ⁊ origo omniū gaudioꝝ. Hinc ē q̄ bernar. dīt in ſermone. Reuera illō eſt veꝝ ⁊ ſummū gaudiū qđ non de creatura: ſ ꝫ de creatore cōcipitur qđ vtiq ꝫ fiet qñ tibi faciem ſuā oñderit. Et ergo ꝓpheta exoptando dīt: Faciam tuā dñe reqrā ꝫ Faciem inq̄ꝫ gratioſam oībꝰ gaudijs plenā. Heu mihi qꝛ incolatus meus ꝓlongatus ē. q̄ꝫdiu carebo tanto bono ⁊ vſquequo ſic ſubtrahoꝛ a deo ſaluatoꝛe meo. Fuerūt mihi lachꝛyme mee panes die ac nocte dum dī mihi q̄tidie vbi eſt deus tuus. Qñ videbo ⁊ appebo añ faciem dei mei q̄ letificat me ī gaudio cum vultu tuo Uere hec viſio: q̄ deus facie ad faciem videt terciū celum ē Et ſi dici p̄t ꝑadyſus eſt centu ꝫ milliū ꝑadyſoꝝ. Ubi ex fonte limpidiſſimo: ⁊ ex aq̄ viua ſic vita labit̄ btā. Hic eſt qđ ſcribit̄ Iſa. lx. Tunc videbis (ſupple facie ꝫ dei) ⁊ afflues delicijs ⁊ gaudijs ſēpiternis: ⁊ mirabit̄ ⁊ dilatabit̄ coꝛ tuum. O q̄ꝫ bonꝰ iſrl̄ deus his q̄ recto ſunt coꝛde q̄ tot ⁊ tanta gaudia ipſis q̄ſi gratis vult ꝯferre. O amice ꝑdilecte. Illa libens audis ⁊ ad hec pia gaudia gaudes. Non tñ ignoꝛes ꝑ magnos iſta laboꝛes. Scis acq̄ri nec fortuitu repiri. Uñ grego. in omelia. Delectat mētem magnitudo p̄mioꝝ. ſ ꝫ non deterreat certamē laboꝝ. Ad mag eñ p̄mia ꝑueniri nō p̄t: niſi ꝑ magnos laboꝛes. Uñ paulus egregiꝰ p̄dicatoꝛ dī Non coꝛonabitur niſi q̄ legitime certauerit. Unuſquiſq ꝫ eñ ꝓpꝛiam mercedē accipiet: ſ̄m ſuū laboꝛē. Sed pleriq ꝫ ſunt qui nolētes bñ viuere. tñ deſiderant bñ moꝛi. Sciunt eī q̄ p̄cioſa ē in ꝯſpcū dñi moꝛs ſcōꝝ eius. Etiā cognoſcūt q̄ cum dederit dilectis ſuis ſomnū. ecce hereditas dñi. ⁊c. Silr̄ ⁊ ipſi ſciunt q̄ beati q̄ in dño moriunt̄ volunt eſſe ꝑticipes cum eis: q̄bus dñs dixit. Uos eſtis q̄ permāſiſtis mecū in tētatioībꝫ ⁊ tribulationibꝫ. Uolūt regnare cu ꝫ chꝛiſto: ſ ꝫ nolunt ſecū pati. Talis erat balaā ariolus q̄ ꝯſiderās caſtra filioꝝ iſrabel. ⁊ intelligens eternē btitudinis ꝓmiſſionē eiſ a dño factā: dicebat. Moꝛiat̄ aīa mea moꝛte iuſtoꝝ ⁊ fiant ⁊ nouiſſima mea horu ꝫ ſilia. Finē eoꝝ appetēs glo-

gloſum: ſz labores abhorre
bat q̄b) gl'a merebat̃. O bo
ne ieſu volumus tibi oēs cō
regnare: nolumus āt ꝯpati
⁊ tecum laborare. Tu elegi
ſti paupertates ⁊ miſerias.
nos ꝓ voluptates ⁊ delici
as Tu qđ carni aſpius. noſ
āt qđ ꝯmodoſius. Un̄ ber.
Naſcit̃ dei filius in cui⁹ ar//
bitrio erat qđcunq̄ vellet e
ligere. tps elegit qđ carni ē
moleſtius. p̄ſertim paruulo
⁊ pauperis mr̄is filio. q̄ vix
pannos h̄rēt ad inuoluēdū,
p̄ſepe ad reclinādum. ⁊ cuz
tāta eſſet nccitas nullam au
dio fieri pelliū mentionem.
Christus itaq̄ q̄ non fallit̃
elegit qđ carni moleſtius ē
id igit̃ melius. id vtili⁹. ⁊ id
potius ē eligēdū. Et q̄ſquiſ
aliud ſuaſerit vel docuerit:
ab eo tanq̄ a ſeductore ē ca
uēdum. Ipſe etem̄ frēs ē ꝓ//
miſſus olim ꝑ Iſiam ꝓphe//
tā Paruulus ſciēs reprobа
re malū ⁊ eligere bonū Ma
lū igit̃ voluptas corpis: bo
nū vero afflictio eiuſdem ē.
ſiq̄dem ⁊ hāc elegit ⁊ illaz re
probauit puer ſapiens ꝟbū
ſcm̄ Hec oīa bernard⁹. O
dilecte puer tu ab inicio ele
giſti afflictiones corpales ⁊
patiēdo voluiſti intrare glo

riā tibi ꝓpriā. ſed nos in deli
cijs viuendo volumus itra
re gl'am alienaz. O q̄ ſtulti
ſumus ⁊ tardi corde ad cre//
dēduz. volumus h̄ gaudere
cum ſcl'o: ⁊ poſtea regn̄re cuz
chriſto. Dn̄s nudus ingre//
dit̃: ſeruus ſuperfluitate ve
ſtiū auri ⁊ gemmaꝝ onuſt⁹
introibit. Ille ieiunus. iſte
crapula ⁊ luxuria plen⁹ ille
in cruce ꝓ iſto moriēs. iſte ꝓ
illo in lecto delicate dormi//
ens Quod dn̄s non fecit. fa
ciet hoc ſuus: certe non. nec
etiā videt̃ ꝯſonum rōni. Au
di q̄d loquit̃ poeta. In cru//
ce ſudauit dn̄s: ſuus ne req̄
eſcet. Tolle tuam: tulit ipſe
ſuā guſtauit acetū. Facidē
non maior erit reuerētia ſer
ui. q̄ dn̄i. Si vis eſſe ſuus
ſecutor oz tormēta tormen
tis ſeq̄ non itur ad aſtra de//
licijs. Ideo mortē quā ſolue
re debes nature p̄ſolue deo.
moriaris ī illo. Rumpe mo
ras igit̃ impone ſilētia car//
ni. Delicias ſuſpēde tuas ⁊
curras ad arma. Prompta
manus plāgaſq̄ moras di//
lata voluptas. Nā ſicut đt
Hiero. in epl'a ad iulianuz
Difficile immo impoſſibile
ē vt ⁊ p̄n̄tib) q̄s fruat̃ bonis
⁊ futuris vt hic ventrē ⁊ ibi

mētem repleat. ⁊ de delicijs
ad delicias trāſeat ⁊ in vtro
qꝫ ſcl'o ꝑmus ſit ⁊ in terra et
in celo appareat gl'oſus. Itē
d̄t idem in alio loco Impoſ
ſibile ē delicijs affluere ⁊ cri
ſtum ſeq̇. natura denegat vt
cōtraria miſceant̄. Nō poſ
ſumus deo ſeruire ⁊ māmo
ne. aut ego fallor aut ipſi in
fine decipient̄ q̇ mihi mō n̄
credunt. credēt cum diuitię
ſue trāſierunt in egeſtatem.
Diues ępulabat̄ q̄tidie ſplē
dide. hic indutus purpura
⁊ biſſo ſꝫ mortuus: qd̄ moy
ſi noluit credere. poſtea ī tor
mētis poſitus ſenſit. Iſtud
etiā innuere videt̄ beatꝰ bꝰ.
in colloq̇o. Simonis petri
⁊ ieſu vbi taliter inq̇t. Abra
hā ait diuiti epuloni. Tu re
cepiſti bona in vita tua ⁊ la
zarus ſil'r mala. nunc āt ꝯſo
lat̄: tu vero cruciaris. Quid
dicemus ad hec? Si talis ē
finis ⁊ tale iudicium vbi ex
trema gaudij luctꝰ occupat
Nunq̇d ꝓferenda ſunt in h̄
ſcl'o mala bonis? quippe nec
illa vera bona. ſꝫ iſta ꝟa po
tius ſalomonis ſn̄ia. Meli
us ē ire ad domū luctus: q̄ꝫ
ad domū ꝯuiuij. Ceterū ſi
ſic cruciādi ſunt q̇ in vita ſu
a bona receperunt: ⁊ hn̄tibꝫ

conſolatiōem p̄ntem ve īpo
ſitū eſt ſempiternuꝫ. qui ſnā
eoꝝ poterit eſſe finis ſi ſcōꝫ
multitudinē cōſolationū ſu
aꝝ dolores appꝑhenderint a
nimas miſeroꝝ? Conſeq̄ns
em̄ videt̄ vt bona oīa ⁊ oēm
ſeculi huius recipientis cō
ſolatōem nihilominus vni
uerſum ve ⁊ vniuerſi mane
ant cruciatus. At vero illud
eque ⁊ eadē abrahe ſn̄ia cō-
ijciendum videt̄. Omnes q̇
ꝯtrario dicto ſpū vite p̄ntiſ
oīa bona reſpuunt: ⁊ mala
eligunt oīa bona dm̄ ⁊ oēm
habituros ꝯſolatiōeꝫ. Hec
oīa Bernardus vbi ſupra.
Rennuat ergo ꝯſolari aīma
tua in hoc mundo in hac la
chrymaruꝫ valle. in terra la
boris ⁊ miſerie. Nā ve oībꝫ
q̇ hic recipiunt ꝯſolationeꝫ
ſuā: Contemne tranſitoria
fugeqꝫ d̄licias ⁊ gaudia mū
dana. Tibi eī abſit gl'iari ni
ſi in cruce dm̄ nrī ieſu chri-
ſti. Vn̄ petrus bleſenſis: ſu
ꝑ Iob ad regē anglie ita d̄t.
Putaſne aliq̇s in p̄nti vita
gaudeat ⁊ in futura? ſi tamē
gaudiū debeat dici qd̄ tur-
bat̄ aſſidue ⁊ reſpergit̄ ama
ritudine p̄nti. nimis delica
tus es. ſi vtrāqꝫ p̄ſumis vti
ſcl'o ⁊ frui chriſto p̄ntis mū

di delicias cape. ⁊ nihilominus celeſtis glīe diuitias obtinere. Audi qđ dcm̄ ſit illi diuiti in euāgelio q̄ cruciabať in flamma. ⁊ lingue ardentis refrigerium poſtulabat. Fili recordare q: recepiſti bona in vita tua ⁊ lazar⁹ ſilr̄ mala. hic igiť ꝯſolať. tu vero cruciaris. O q̄ꝫ diſſile p̄mium merito poſſum⁹ reputare inſanos ſciſſimos reges ac ꝓphetas. apl̄os. martyres. ꝯfeſſores. teneres ac delicatas v̄gines. q̄ oēs ſpretis diuitijs ac ꝯculcatis delicijs huius mundi ſeipſos pro chriſto tribulationib⁊ morti obtulerunt. ſi gl̄am ⁊ honorē quam adepti ſunt ī anguſtia ⁊ dolore potuiſſēt in voluptatib⁊ delicijs obtinuiſſe. Hec ille petr⁹ bleſenſis. Uere fr̄ vere quicq̄d dicať firmiter hec tene q: celum non aliter ſcandes niſi qđ docuere apl̄i teneas ore moribꝫ ⁊ fide: Et qđ docuerunt illi? Nonne ſobrie ⁊ iuſte viuere. humilitatē ⁊ patientiam. charitatē ⁊ ꝯſtantiam. ac ceteras v̄tutes totis viribꝫ obtinere. mūduꝫ ⁊ q̄ mundi ſunt deſpicere. diuitias ⁊ delicias fugere. penitentiā agere. in tribulationibꝫ ⁊ miſerijs letari ⁊ gaudeť Tu q̄ꝫ fac ſilr̄ ⁊ viues. eſto q̄ꝫ forti aīo in oībꝫ laborib⁹ anguſtijs ⁊ penis In ꝑmo ei eſt q: a dn̄o cureris. labora fortiť ſicut bonus miles chriſti. ⁊ ne cogites intra te metipſum aliq̄n ſic dicens. Multus ⁊ īmenſus ē labor me⁹. ego āt ſum minim⁹ ⁊ īfirm⁹ valde nec valeo ī hoc ꝓpoſito finaliter pſeuerare. Audi verba Hieronymi in epl̄a ſic dicentis. Null⁹ labor durus. nullum tp̄s longū videri debet quo eternitatis gl̄a acq̄ritur. Vn̄ chriſoſtomus ſup matheū. Si q̄s iam laborioſam exiſtiat ſue deſidie eſt accuſator Si em̄ minaces pelagi fluctus nautis. ſi tempeſtates atq̄ hyems agricolis. ſi vulnera cedeſq̄ꝫ militibꝫ. ſi grauiſſimi ictus plageq̄ꝫ pugilibꝫ leues videnť ⁊ tolerabiles propter ſpem tp̄alium ⁊ pretereuntium cōmodoꝝ. multomagis cum celum prepāatur in premium. nihil ex preſentibus aſperitatibus debeat ſentire. ac maxīe labores mitigat in benignuꝫ venire finem. : Ne aſpicias q: via eſt aſpera: ſꝫ quo ducit. ⁊ aliam quia lata eſt. ſꝫ vbi

deſinit. Certe iam video q̄ dormiētib9 non ꝑuenit regnū dei: nec ocio vel deſidia torpētib9 btitudo eternitatꝫ ingerit. Vñ dīt leo papa in ſermone. ſꝫ ſicut ſcribit mathei. xi. Regnum celoꝝ vim patit ꝛ violēti capiunt illō. Vñ qdam. De regno celi n̄ credit mēte fideli. Inſipiēs ꝛ hebes ſꝫ tu bn̄ credere dēs Chriſto dicēti rapiunt illō violēti. Scilicet auſteri ſe caſtigādo ſeueri Mollia ſpnentes ꝛ carni vim faciētes Et ꝫ ſup hoc dīt alius poeta. Aſp erit victus. aſper labor. aſp amictus Aſpa cuncta tibi ſi vis ſup ethera ſcribi. Ecce iā pꝫ manifeſte q̄ ſicut ſcribit Actuū. xiiij. Per multas tribulationes oportet nos intrare regnū celoꝝ. O q̄ꝫ bene attendebat h̄ beatus Aug9. q̄ non niſi tormentis itur ad aſtra dei. vñ dīt. O aīma mea ſi quotidie opꝫ nos tormenta pferre: ſi ipſam iehennā longo tpe tolerare: vt chriſtuꝫ in ſua glā videre poſſemus ꝛ ſcīs eiuſ ſociari. Nonne ḡ modo dignū eſt pati oē triſte: vt tanti boni tanteqꝫ glē pticipes habeamur. Inſidientur ḡ dmones: parent ſuas tētationes. frangāt corpus ieiunia pmant veſtimenta cilicina. labores gu̾ent. vigilie excicent' inclamet me. iſte inq̄tet me ille l' ille. frigus ꝯtrahat. calor adurat. caput doleat. pectus areat. inflet ſtomachus. palleſcat vult9. infirmet hō totus. deficiat in dolore vita mea: ꝛ aīa in gemitib9. Ingrediat putredo in oſſib9 meis. ſubter me ſcateat vt requeſcaꝫ in die tribulationis. ꝛ aſcendā ad pplm accinctum nr̄m. Itꝫ Petr9 bleſenſis. Fatiſcāt membra mea vigilijs: extenuent ieiunijs. labore frangant. liqueſcāt in lachrymis oculi. immo ſi totū cerebꝝ ꝛ medulle corpis in fletuꝫ effluāt. non ſunt tn̄ condigne paſſiones huius tpis ad futuraꝫ glāꝫ q̄ reuelabitur in nobis. O ſi ſciret homo q̄d ꝛ ipſe ꝛ quid deus eſſet: mille pati mortes crederet eſſe nihil. Ecce q̄ ꝛ q̄ꝫta ſunt hilariter p deo ſuſtinenda. libenter ḡ ſuſtine ꝛ gaudenter patiare Exemplum accipe in latronib9 ꝛ maleficis ad mortem diiudicatis q̄ gauderēt ſi p abſcidēda auricula poſſent euadere morteꝫ anime. ꝛ acquirere gloriam eternalē

Vñ Eccl. vi. Exiguū labo
ris ecce pn̄ie paruitas ⁊ ci/
to edes de gñationib⁹ illius
videlicet de fructib⁹ gl'e qui
gñantur ex labore pn̄ie. Jt̄
Sapie. iij. In paucis vexa
ti ecce laboris exiguitas. in
multis bñ diſponent̄. Ecce
mag̃ remuneratio ⁊ p̄miū
q̄ exinde ſequunt̄. Vñ btūs
effrem. Si inq̄t modicus ē
labor inſtitutionis nr̄e frēs
chariſſimi ⁊ mag̃ eſt req̄es:
parui tp̄is afflictio. ſ; retri/
butio eius. videlicet delitie
paradyſi ⁊ exultatio ⁊ leti/
cia in ſclm̄ ſcl̄i ꝑmanebunt.
Ideo dt̄ ſapiens Eccl. vlti.
Videte oculis vr̄is q̄r mo/
dicū laboraui. ⁊ inueni mi
hi multā req̄em. Et ſic cla/
re p; ꝙ breuis ē iſte labor: ⁊
p̄mia multa laboꝝ. Fac g̃ li
benter atq; voluntarie im/
mortalis futurus ꝓ vita ꝑ/
petue duratura q̄ gratanter
faceret hō moriturus ꝓ tpa
li vita ad modicū differēda
Et ergo finaliter ꝯcludēdo
p; aliq̄liter ex ſupius allega
tis ꝙ hec nouiſſima videli/
cet. mors. iudiciū. iehenna
⁊ gl'a. oēs q̄ continuāt ⁊ iugē
hñt eoꝝ memoriam valde ⁊
multipliciter reuocāt a pec
catis. S; pauci iſta ponde
rāt ⁊ rariſſime ea cogitāt ſeu
cōſiderāt. oēs putāt diu vi
uere ⁊ in ſenecta vberi peni
tere. iudicē placare. infernū
fugere. ⁊ ſic celeſtem gl'am ī
delicijs videdo ⁊ ocijs acq̄/
rere tādem ⁊ eternalit̄ poſſi
dere. Non ſic ip̄ij non ſic. H
argumētum non ꝯcludit: ī
mo fallit. ⁊ illud ꝓut ſat; lu
cide p; p p̄dicta. Et igitur
oēs ſeducimini ⁊ niſi pn̄iaꝫ
egeritis ſimul ꝑibitis. ⁊ mo
riemini in pctīs. Vñ Eccl.
ij. Si pn̄iam non egerim⁹.
incidemus in manus dei: ⁊
non in manus hoīm. Sed
pch dolor q̄s penit;. q̄s pec
cata deflet. q̄s ſubuenit pau
peri. q̄s miſeret̄ inopi. q̄s ꝯ
patit̄ miſeris. q̄s cogitat de
futuris: Penitus nemo. nā
fere tota gñatio praua ē atq;
ꝑuerſa q̄ non direxit cor ſuū
in bonū. immo potius ī ma
lū. Oēs terrena ſapiunt ⁊ q̄
ſua ſunt q̄runt. ñ q̄ ieſu xp̄i.
Munera diligunt. ꝟtutes
fugiunt. ⁊ ſic iumēta in ſterco
rib⁹: ſic ⁊ ipſi in pctīs multi
plicib⁹ miſerabilit̄ ꝯputre/
ſcunt. Corrupti ſunt abo/
minabiles facti ſunt iniq̄ta
tib⁹ ſuis. Jam dn̄s de celo
proſpexit ſup filios hoīz. vt
videat ſi ē intelligens aut re

q̄rens bonū. Sed oēs decli
nauerūt ſil' inutiles facti ſūt
nec ē q̄ faciat bonum. vix e//
tiā vſq; ad vnū.. Ecce iā im
pletum eſt tps. iam aduenit
mirabilis ille mundi ſtat⁹.
De q̄ Michee. vij. ita ꝓphe
taẗ. Perijt ſcūs de terra ⁊ re
ctus in hoīb; non ē. Oēs ei
in ſanguine inſidiāẗ. vir fra
trem ſuū venaẗ ad mortem
malū manuū ſuaꝝ dicūt bo
nuz. q̄ optimus ē in eis qua
ſi pſalm⁹. ⁊ q̄ rectus q̄ſi ſpi
na de ſepi. Quid plura? no//
lūt ſcire ⁊ intelligere vt bn̄ a
gāt. nec oculos apire vt cla
re videāt: ſic excecauit eos
malicia ipſoꝝ. O ſtulta ma
licia. o mala ſtulticia volū//
tarie vitā fugere. mortē dili
gere. ſpnere bonū. agere ma
lū. deūq; ꝯtemnere: ⁊ demo
ni obedire. Chariſſime cur
ꝓpriū caput enſe cecas? cur
ſponte cathenas demonis ī
curris? Cur ſua iuſſa facis?
Exurge exurge euigila ⁊ vi
de. Relinq̄ diabolū. fuge de
monē. ne poſtea cū ipſis et//
naliter ꝯtēnaris. Miror et
ammiror q; hō qui p̄ ceteris
eſt creatura rōnalis in nul//
lo q̄ſi ſequiẗ iudicium rōis
ſpernēs ſalubria. affectans
noxia: q̄rēs ⁊ deſiderās mor
tifera ⁊ nociua. O dus etne
q̄ cauſa talis dementie. q̄ rō
tāte fatuitatis ⁊ iſanie Cur
aīa mortē tam ꝓno corde re
q̄rit? Cur ſibi qd tollit viue
re captat hō? Vere vere gēs
abſq; ꝯſilio ē ⁊ ſine pruden//
tia. Ac vtinā ſapent ⁊ intel
ligerēt ac nouiſſiā ꝓuiderēt

¶ Finiunt q̄tuor nouiſſiā.

Sequunẗ exempla. de gau
dijs regni celoꝝ.

Exemplū ex libro Apum.

Vidi in brabācia mulierē
diuitem ⁊ honeſtā poſſeſſa z
a demonio. Quam cum ro
gāte preſbytero religioſo vi
ſitarem inuenimus eā a ve//
xatione demonis quieſcen
tem ⁊ ſenſate loquentem vt
ſanā. Tunc occulte nemine
aduertente vſū cantici mo y
ſi in deutronomio: ſcdm q;
olim a ſcō quodam vno au
dierā tercio repetiui ad ꝓuo
candum demonē in obſeſſā
Deum q̄ te genuit dereliq//
ſti: ⁊ oblitus es dn̄i creato//
ris tui. Nec mora mulier
pallere cepit labijs atq; vul

tū ꝛ due vene in collo eiꝰ ad groſſiciem pollicis intumeſcere. Tunc ego inquio q̄re peſſime vexare feminā preſumpſiſti? Mortuo inq̄t viro ſuo ꝯpaſſa. in ſubſidium illius aīe contulit quicquid boni fecerat i hac vita. ꝛ ex hoc nacta occaſione vas vacuū mox intraui. Cui ego Mētiris miſerrime: ex h̄ ei qđ dedit mediante charitate cumulatū eſt bonum eiꝰ. Et ille cū tachinno. Mendax inq̄t ſum: nec mirū ſi mētior. Mox ego Eſt illa tam pulchra ſicut d̄ꝛ celeſtis patria quā ꝑdidiſti? Et rn̄dit. In infinitum pulchrior q̄ȝ dicaꝛ. Et ego. Velles ne redire ad illā patriā ſi poſſes? Et ille. Vellem inq̄t ꝙ poſſem vſq̧ in diem iudicij oīa excogitā ſupplicia ſuſtinere Cui dixi. Et ego ꝓmitto tibi in ꝑiculum ſalutis mee ꝑmiſſe ſi mendax inueniar illam ꝑditam gloriā recuperare te poſſe: ſi tm̄ hec dixeris. Domine deus meꝰ peccaui ignoſce mihi. Et mox ille contorto collo exclamauit honorifice. Dn̄e dn̄e. Tunc̄ hoc ſepius cum clamore valido perſonaret nec vltra in verbis procederet. Impoſſibile em̄ ſciebam q̄ ſi vt deum ſuum dn̄m recognoſceret ꝛ ſe fateret peccaſſe atq̧ ſibi ꝑcaretur ignoſci tandem ſubiunxit. Dn̄e deus margarete ſic em̄ obſeſſa mulier vocabat deum recognoſcere dn̄m ſuum indignus. Tunc ego ad illum. O infeliciſſime oīm creaturaꝝ ſupbia eliſit te: ꝛ de celo depulit te redire inexpiabilis ſupbia non ꝑmittit. nec mora confuſus obmutuit. Et poſt paucos dies non tm̄ tē feminā dereliquit.

¶ Aliud ex dialogo Gregorij

¶ In tudertina vrbe ſn̄ q̄ fortunatus vir dei erat epiſcopus Marcellus q̄dam bone actionis vir cum duabus ſororibus ſuis hītauit Qui eueniēte moleſtia corporis ipſo ſacratiſſimo veſperaſcēte iam ſabbato paſchali defunctꝰ ē. Cuiꝰ corpus cū longius eſſet efferendum die eodem ſepeliri non potuit. Cunque mora eſſet temporis ad explendū debitum ſepulture ſorores eiꝰ morte illius afflicte cucurrerūt flentes ad fortunatū

venerabilẽ eiꝗ magnis vo
cib⁹ clamare ceperũt. Scim⁹
ꝙ aplorũ vitã tenes leproſos
mundas cecos illumĩas. ve
ni ꝛ reſuſcita mortuũ nrũm
Qui mox vt cognouit frẽm
eorũ defunctum. flere etiã ce
pit ipſe de morte ipſius rñ//
dit dicẽs. Recedite ꝛ hoc di
cere nolite: qꝛ iuſſio oĩpotẽ
tis dei ẽ cui ꝯtrarie null⁹ ho
minũ pt. Illis itaꝗ diſcedẽ
tib⁹ triſtis ex morte illi⁹ mã
ſit eps. Subſeqñti aũt die
dñico ante exurgentis lucis
crepuſculũ vocatis duob⁹
dyaconib⁹ ſuis ꝑrexit ad do
mum defuncti acceſſit ad lo
cũ vbi iacebat corpus exa//
nime ibiꝗ ſe in orõẽ dedit
Expleta ãt ꝓce ſurrexit ꝛ iu
xta corpus defuncti ſedit. ñ
ãt grandi voce defunctũ ꝑ
nomẽ vocauit dicẽs. : Frat
marcelle veni. Ille ãt acſi le
uiter dormiens ad vicinam
vocẽ (q̃uis modica fuiſſet)
excitatus apuit oclos. atꝗ
ad epm rſpiciẽs dixit O q̃d
feciſti o q̃d feciſti? Cui eps
Quid feci fili? At ille. Duo
heſterna die venerunt q̃ me
eijciẽtes ex corpe in bonum
locũ duxerũt Hodie ãt vnus
miſſus ẽ nunci⁹ q̃ dixit. Re
ducite eũ qꝛ fortunat⁹ eps
in domũ illius venit. Qui//
b⁹ ṽbis expletis mox ex ĩfir
mitate ꝯualuit. ꝛ in hac vi
ta diutius mãſit Nec tñ cre
dedum ẽ qꝛ locum quẽ acce
pat ꝑdidit: qꝛ dubiũ non ẽ
ꝙ intceſſoris ſui ꝓcib⁹ potu
it poſt mortẽ melius viuere
q̃ ante mortẽ ſtuduit oĩpotẽ
ti deo placere

¶ Ex vita ſci Frãciſci

Quidã iuuenis valde nobĩ
lis ac delicatus: venit ad or
dinem ſci franciſci q̃ indu//
tus habitu frm poſt aliq̃t dĩe
es diabolo inſtigante cepit
hrẽ intãta abominatione hĩ
tum quẽ gerebat ꝙ videbat
ſibi portare ſaccũ viliſſimũ
Et ꝓpterea horrebat mani//
cas abominabat capuciũ ꝛ
ipſam longitudinẽ tunice ꝛ
eius aſpitatẽ tanq̃ impor//
tabilẽ eſtimabat. Vñ factũ
eſt ꝙ creſcente religionis fa
ſtidio deliberauit penit⁹ re
ijcere hĩtum ꝛ redire ad ſcl'ꝫ
Mgr ãt eius docuerat eũ
ꝙ qñ ante altare ꝯductus trã
ſiret in q̃ ſeruabat ſciſſimũ
chriſti corpus cum mag re//
uerẽtia genib⁹ flexis ꝛ diſco
opto capite ꝛ cancellatis ma
nib⁹ deuote inclinaret. Ac//
cidit ãt illa nocte q̃ delibera
uerat dimittere hitum. ꝛ re

dixit ad ſcl'm q̄ꝛ oportebat eū
añ altare trāſire vbi ſicut ꝯ
ſueuerat genua flexit. ⁊ ſtatī
fuit captus in ſpū. ⁊ oñſa ſi
bi fuit mirabilis viſio. Nā
vidit q̄ſi multitudinē īfini/
tā corā eo ꝓceſſionaliter trā
ſeuntē. oēs vero q̄ in illa ꝓ//
ceſſione btā erant bini ince
debāt. Et erāt veſtiti orna//
tiſſimis ⁊ p̄cioſimis diaſpe
ris. Facies āt eoꝝ ⁊ manus
⁊ quicq̄d apparebat d̄ corꝑe
ſole ſplēdidius radiabat. ⁊
ibāt cum cātu ⁊ iubilo āge//
loꝝ ſolēniſſime ⁊ dulciſſime
decātādo. Int̄ q̄s duo nobi
liores ceteris incedebāt tā//
ta claritate velati q̄ꝛ mirādū
ſtuporē aſpiciētib⁹ īgerebāt
Et q̄ſi circa finē ꝓceſſionis
p̄dicte vidit, etiā quēdam tā
ta glā decoratū. q̄ꝛ videbat̄
q̄ſi nouus miles ab oīb⁹ ſin
gulariter hōrari. Dictus āt
iuuenis hec vidēs mirabat̄
valde. ⁊ neſciebat q̄d h̄ eſſ;
nec interrogare trāſeuntes
audebat nec poterat nimia
dulcedine ſtupefact⁹. Sed
cū ꝓceſſio ꝑtranſiſſet ⁊ ipſe
adhuc vidēs extremos reſu
mēs audaciā cucurrit ad il//
los ⁊ int̄rogās dixit. O cha
riſſimi rogo vos quod dice
re placeat q̄ ſit iſti tā admira
biles q̄s ꝯtinet hec veneran
da ꝓceſſio? Illi ꝟo ꝯuerten
tes ad eū. ſplēdidiſſimas fa
cies dixerūt Nos ſumus oēs
frēs minores. q̄ mō venim⁹
de ꝑadyſo. Et ille rurſum ī
terrogās. Qui ſunt illi duo
q̄ tm̄ excellēter int̄ alios ru/
tilāt? Rñderunt. Illi duo ce
teris clariores ſunt ſcūs frā
ciſcus ⁊ fr̄ anthoni⁹. Ille āt
vltimus tm̄ honoratus ē q̄
dam ſcūs fr̄ nouiter mortu
us. quē q̄ꝛ valēter ꝯtra tēta
tiones puḡuit. ⁊ vſq; in finē
ꝑſeuerauit in ſcō ꝓpoſito ad
gaudia eterni regni cū glā ⁊
triumpho ꝑducimus. ñ ſo//
lū comitātib⁹ ſcīs: ſ; etiam
letātib⁹ āgelis. Iſta ꝟo veſti
mēta diaſꝑi q̄ nos tam d̄co
ra portauim⁹ data ſunt nob̄
ꝓpter aſꝑas tunicas q̄s in r̄
ligione patiēter detulimus
⁊ glīe claritas quā tu vides
data ē nobis a deo ꝓpter hu
milē paciam quā fecimus ⁊
ꝓpter ſcā; pauꝑtatē ⁊ obedī
entiā ⁊ caſtitatē mundiſſiā;
quā vſq; in finē hilari mēte
ſuauimus. vñ fili non ſit ti
bi duꝝ ſaccu; religionis tā
fructifeꝝ deportare: q̄ꝛ ī ſac
co franciſci amore dñi nrī ie
ſu chriſti mūdum ſpnendo.
carne; mortificādo. ⁊ cōtra

diabolū dimicādo viriliť ꝛ
habueris nobiſcū ſilī veſte
fulgebis. Et his dictis Ju
uenis ad ſe rediꝫt ꝛ ꝯfortatꝰ
ex ipſa viſione oēm tētatōē
abiecit culpā corā gardiano
ꝛ alijs fribꝫ recognouit aſpi
tatē pñie. ꝛ indumēti vt di/
uitias de cetero ꝯcupiuit. ꝛ
ſic imutatꝰ in melius in ſcā
vita finiuit Aliud

¶ Anno dñi. M.cccc.iiij.
Quidā clericus de vendepe
ra cū ſtuderet in ſcholꝫ apud
lugdunū vidit in viſiōe no
ctis vallē quādam ſub q̄dā
monte. ſup quē ciuitas q̄dā
pulcherrima ſita erat cuiuſ
aſpectus nimiū delectabat
intuētes ita vt q̄ſquis eā vi
deret de aſpectu illiꝰ ſacia/
ri nō poſſet. ꝛ oibꝫ modis la
borauit quō ad eā ꝑuenire
valeret. Interea vidit fluui
um quēdā ſub pede montis
immo circa pedē currētem.
Quē dum circuiret q̄rens
artem quō eū tranſmearet
Vidit ſup ripā flumīs duo
decim lauātes in flumīe tu
nicas ſuas. Inter q̄s erat q̄
dam veſte cādidiſſima idu/
tus multū alijs diſſimilis q̄
adiuuabat illos in tunicaꝝ
ſuaꝝ ablutione qui poſtq̄
iuuerat vnū ibat poſtea ad
iuuare aliū. Tūc clericꝰ q̄ h̄
videbat acceſſit ad illū q̄ ce
teros adiuuabat ꝛ dixit. q̄
gens eſtis vos? Qui ait Iſti
paupes hoīes ſunt pñiam
agētes ꝛ ſe a pctīs ſuis lauā
tes. ꝛ ego filius dei ieſus cri
ſtus ſine cuius auxilio nec
iſti nec alij pñt benefacere.
Ciuitas hec pulchra quā vi
des padyſus ē vbi ego ma/
neo. ꝛ qñ q̄s tunicam ſuam
lauerit id eſt pñiam pegerit
in illā intrabit Turpē ſatis
diu queſiſti viā q̄ itur ad il/
lam: ſꝫ nulla alia via q̄ iſta
ducit ad eā. His dictis cle/
ricus a ſomno euigilauit: ꝛ
mirari cepit de viſione. Cū
q; non multo poſt rediſſꝫ de
ſchola in patriā ſuam narra
uit epo cabilonenſi viſionē
hanc cui familiaris erat Qua
audita eps ſuaſit ei vt ſclm
relinqueret ꝛ religionem in
traret. cōmendās ei ſup oēs
ordines nouellū illum ordi
nem ciſtercienſem. Ille ve/
nit ciſterciū ꝛ inuenit locū
incultū ꝛ deſertum. ꝛ frēs ī
ter beſtias ꝯmorantes Ad
portā vero monaſterij q̄ de
vimine facta erat pendebat
malleus ferreus cuius ſoni
tu ad portā portarius ꝯpel
labať ab introire volentibꝫ

Hoc v̄bo ſonitu portari⁹ vo-
catus venit ad eū foras ꝛ in
clinās ſe ad eū ſalutauit eū3
Quē clericus intuens cog-
nouit ſtatim ſecundez vidiſ
ſe inter eos q̄ tunicas ſuas ī
flumine lauabāt. Rogauit
qꝫ eū vt ad ſe adduceret ab-
batē. Abbas igit̄ ꝛ tot⁹ con
uētus venit ad eū. ꝛ recog-
nouit clericus oēs ſe vidiſſe
tunicas ſuas in flumine la-
uātes. Statimqꝫ cecidit ad
abbatis pedes rogās eū cū
lachrymis vt ſuſciperet. q̄ ſuſ
ceptus non multo poſt fcūs
qꝫ eſt prior.

¶ Ex Ceſario aliud.

¶ Egrotabat in hēmerode
cenobio ſacerdos Iſebrād⁹
noīe cuſtos eccīe plus q̄ tri-
ceſimū annū agēs: in ordīe
ꝛ ad extrema pduct⁹ ē. Me-
dia nocte cū ſup eū miſtroꝝ
vigilaret diligētia: audiert
eū leui ſuſurro v̄ba ſonare.
Timēteſqꝫ ne morti pxim⁹
aliena loq̄ret ori loq̄ntis au
re adhibita. intellexert v̄ba
ſublimia edificationis plēa
de glā celeſti ꝛ inenarrabili
leticia ſctōꝝ. Dignum ḡ in-
dicantes teſtem his idoneū
adhiberi nunciauerunt hec
abbati. q̄ ꝛ ipſe ḡui labora-
bat īfirmitate. Vocat⁹ ab-
bas affuit. Interim cecinit
horologiū ꝛ occaſione ſum
pta ſic fari cepit. O q̄ ſuauē
noctem exegi. q̄ delectabilī
horologio opam dedi. q̄m
dulces ꝛ ſuaues pcēt⁹ audi-
ui choris in celo pſallentiū
interfui. O q̄ pcordit̄ ꝛ de-
lectabilit̄ pſallebāt. In nrō
cātu ſolet eſſe diſſonantia te
diū laſſitudo. ibi longe alit̄
ē. In vnā oēs pueniunt me
lodiā ſup oē qd̄ delectat dul
ciorē. Infatigabiles lauda
re nō ceſſant. ꝛ q̄nto pl⁹ lau
dant tāto plus creſcit amor
laudādi. ꝛ mirabili atqꝫ in
effabili mō hoc puenit. in v
ſum ḡtiſſime c̄etis q̄ nunq̄
vacāt a laude creatoris. Ibi
q̄ magis hic humiliati ſunt
mediocrib⁹ vel minimis cō
tēti glōſius exultāt abūdan
tiorē recipiētes pſolatiōem
faciem ſplendidiſſimā ſtatu
ra celſi veſte glōſi. Cum his
familiariter pucrſatus ſū ꝛ
amico refectus colloq̄o. Tā
ta gloria veſtiū delectatus
ſollicite querebam: ſi talem
ego habiturus eſſem. ꝛ dixe
runt. Qui viuit irrepreben
ſibiliter talem veſtem ſpera
re poteſt. Si vero vicium

ſatuerit in cõuerſatione ma
cula appebit ĩ veſte. Culpa
eñi vite maculã facit ĩ veſte
Immaculatus ꝗ merebitur
hr̃e veſtem: q ſe a maculis ꝯ
uat immunẽ. Et dixi. q ſũt
macule? Et illi. Murmura
tio. detractio. inuidia. negli
gẽtia. ꝛ qcqd ſinceritatẽ cor
dis maculat ꝛ ꝯfundit. q ta
lia agunt in gl'a veſtis macu
lã ponunt. Tu ꝟo ꝓ multis
laboribꝫ ꝛ vite honeſtate ſi//
milẽ ſortieris veſtẽ. His di
ctis faucibꝫ arefactis viri//
busqꝫ exhauſtis defecit lo//
quẽs poſt modicũ inſtillata
refocillatus aq̃ reſumptoqꝫ
ſpũ ad loq̃ndũ ſe parãs ſpẽ
fecit auditoribꝫ ꝛ ait. Uti//
nã differret me dñs vſqꝫ dũ
ꝯpleto ope dei dĩs nr̃is lo
q poſſem. O qꝫ leti nũcij ba
iulus eſſem. qꝫ leta qꝫ ſtupẽ
da narrarẽ q vidi q audiui ꝛ
ſenſi. q ꝑata ſunt diligẽtibꝰ
deũ ꝛ in laude eiꝰ vigilãtibꝫ
Et abbas. Frat̃ quõ hec vi
diſti? Et ille Quater hac no
cte raptꝰ ſum añ deũ. pectꝰ
meũ aptũ ẽ. ꝛ aĩa mea edu
cta ẽ. ꝛ ſtatim fui int̃ choros
angeloꝝ: ꝛ vidi dñam nr̃ã
in imenſa claritate cuꝫ ſuis
ſacris virginibꝫ q ſe mihi ꝓ
miſit in ncc̃itate affuturã ꝛ
ſcm̃ michaelẽ cũ multo exer
citu angeloꝝ ꝑpatum in au
xiliũ mihi. Nã altari ꝛ mẽo
rie ſue honorem ſp ſolebã ipen
dere. ꝛ innumerabilẽ multi
tudinẽ ſcõꝝ. ꝛ qs antea non
viderã ſtatim agnoui. Rur
ſumqꝫ ſpũ ꝛ viribꝫ deficiẽs
loq ceſſauit. Cõpulſus ita
qꝫ de ſorbicula papillũ acce
pit ꝛ guſtãs ait. O qꝫ dulcis
eſt dñs guſtãtibꝫ. o qꝫ ta ẽ eꝰ
ſuauitas eꝰ abundãtia. q̃m
larga ꝛ indeficiẽs. ꝛ oĩm de
liciaꝝ copijs affluẽs. qua ĩ
hac nocte reficere dignus ẽ.
O dulcedo illa dulcedo gra
tiſſima optabilis ꝛ ꝑſtantiſ
ſima. O qꝫ ſingularis qꝫ ex//
cellẽs ꝛ ineffabilis Intꝰ erã
ĩ corde vtꝝqꝫ teneo. ꝟbis ãt
explicare nõ valeo. quã ſen//
tire potui nõ poſſum effari
rei nimietate victꝰ. Tam fe
lici refectione paſtus hãc re
fectõem ſuꝑaddere ſuꝑfluũ
duco. Hec breue ꝛ modicũ
nutrimẽtum ꝑſtat illa in ꝑ//
petuũ reficit ꝛ ſaginat O qꝫ
bti ſunt q illa ſine fine frui//
turi ſunt. Iubẽte abbate vo
cati ſũt qdã nouicij viri qn//
dã in ſc'lo clari ꝟtute milita
ri inſignes qs ita ꝯſolatus ẽ
Uere felices eſtis ꝛ ter q̃ter
qꝫ bti q de vana vr̃ã cõuerſa

tione atqȝ mundana vanita
te ꝑ diuinā mīam vocati eſ//
tis ꝑtem in celis cū iuſtis hī
turi Cōſtat em̄ de ſalute vrā
ſi tn̄ ꝑſeueraueritis. nā dn̄s
Dauid indeſinent̄ ꝓ vobis
p̄ces ad dn̄m fundit: q̄ten⁹
qđ ſalubriter īchoaſtis feli
citer ꝯpleatis: Unū āt coꝝ
noīe exꝓmens de eo dicebat
niſi portas clauſtri īgreſſus
fuiſſet mortis et̄ne portas n̄
euaſiſſet. Aderāt ⁊ hoſpiteſ
ꝯuertendi grā de ſedibꝫ ſuiſ
euocati ſꝫ nimio adhuc reꝝ
tꝑaliū amore detēti rem ar//
duā aggredi dubitabāt. q̄ fi
ducialiter accedētes ad viꝝ
dei mētis fluctuatōem ꝯfeſ
ſi ſunt ꝙ viꝫ velle adiaceret
eis ꝑficere āt bonuꝫ non īue
nirēt ſupplicabāt vt orōnibꝫ
ei⁹ adiuti mererent̄ in bono
ſtabiliri. Et ille. Quamdiu
mēte adheretis ſcl̄o n̄ pote//
ſtis ꝑfecte placere đo nec fir
mari in bono hn̄tes volūta
tē fixā in malo. Quaꝓpter re
cedite ab his q̄ inutilit̄ ama
tis. ⁊ n̄ deerit vob̄ grā ſalua
toris Si vidiſſetis q̄ ego vi
di oēm glīam mundi vilē re
putaretis. Deinde multa q̄
rebāt. ille de p͛ re. ille de frē il
le de ſuo ſtatu futuro. ille de
pn̄ti. Sꝫ vir dei ita ſingul̄

rn̄ſum tꝑauit vt ſecretoꝝ re
uelator ⁊ ꝯſciarū inſpector
eē ꝓbaret̄. Mox vocāte đo
ſcā illa aīa carne ſoluta ē ad
dolores corꝑis vltra n̄ redi
tura: ſꝫ vt credimus īmorta
litatis luce veſtiēda ⁊ ꝑenni
gaudioꝝ ſuauitate reficien
da.

¶ Hieronym⁹ ad moīales

Angelicis choris ſcōꝝqȝ ſo
cietatibꝫ hic ſtudeatis inteſ
ſe vt oēs poſtmodum in cor
poris exitu vobis gaudēteſ
⁊ leti tm̄ noti occurrāt Si
ſic feceritis nil̄ vob̄ dulci⁹,
nihil iocundius q̄ȝ his int̄//
eſſe ꝯuiuijs. his pabulis ſa
ciari. q̄bꝫ ſemel deguſtatis t̄
rena oīa amara reddāt̄ Exꝑ
to itaqȝ ſeni deuote cōſulēti
credite filie. Scio qđ loq̄r
chariſſime. nā vt inſipiētiā
loq̄r. Ego homunculus ſic
abiect⁹ ſic vilis in dono dm̄
Adhuc viuēs in corꝑe āge//
loꝝ ſepe choris int̄fui đ cor
poreis ꝑ hebdomadā nihil
ſentiēs

¶ Itē Aug⁹. de libero arbi

trio Tāta ē pl̄chritudo iuſti
cie tāta ē iocunditas luc̄ et̄
ne vt etiā ſi nō liceret in ea ā
plius delectari: q̄ȝ vni⁹ diei
hora ꝓpter hoc ſolū innume
rabiles h⁹ vite dies pleni de

licijs ⁊ affluētia bonoꝝ tpa
liū recte ⁊ merito deſpicerēt
¶ Iſ eterna btītudo ꝯſiſtit
in duobꝫ.ſ.in nccāria abſen
tia oīs mali. ⁊ in nccāria p̄
ſentia oīs boni. Si em̄ q̄riſ
q̄d ibi ē.aliter nō p̄t r̄nderi.
niſi q̄cq̄d boni ē ibi eſt q̄cq̄d
mali ē ibi nō ē Aug⁹.i de
cūflictu viacioꝝ. Recedat a
mor p̄ntis ſcl'i.in q̄ null⁹ ita
naſcit̄ vt nō moriat̄. ⁊ ſucce
dat amor futuri ſcl'i in q̄ oēſ
viuificat̄ vt deinceps n̄ mo
riant̄. Ubi nec aduerſitas
turbat.nulla nccitas angu
ſtat.nulla moleſtia req̄etat.
ſꝫ pennis leticia ibi reḡt.
Iſ hiero.Si xp̄m dn̄m ⁊ re
gē cui ē nomē ſup oē nomen
oportuit pati ⁊ ita intrare ī
gl'am ſuā:quā iā fiduciā hē
mus nos intrare ſine labo//
re gl'am alienā.. O q̄ꝫ ſtulti
ſumus ⁊ tardi corde ad cre
dēdum. Volumus hic gau
dere cū ſeculo ⁊ poſtea reḡre
cū chriſto.difficile ē immo ī
poſſibile vt ⁊ p̄ntibꝫ q̄s fru
at̄ bonis ⁊ futuris nec h̄ vē
trem ⁊ ibi mētem repleat vt
de delicijs ad delicias tran
ſeat vt vtroq̄ꝫ ſcl'o p̄mus ſic
vt in terra ⁊ in ſcl'o appareat
gl'oſus. Impoſſibile ē deli//
cijs affluere ⁊ chriſtū ſequi.

natura denegat vt ꝯ̄ria miſ
ceāt̄ Non eīm poſſu⁹ deo ſer
uire ⁊ mām̄one. O quanta
erit in celo leticia q̄n non ſo
lum in aīa:ſꝫ etiam in corpe
fuerit gl'andum. Nā intus
⁊ extra ſubtus ⁊ ſupra.imo
circumq̄q̄ꝫ mirabiliter iuſt⁹
gaudebit. Intus de purita
te conſcie.extra de corporiſ
gl'ificatione. ſubtus de celi
⁊ aliaꝝ creaturaꝝ pulchritu
dine.ſupra de dei viſione. ⁊
circūcirca de angeloꝝ ⁊ oīm
ſcōꝝ iocunda ⁊ delectabili
aſſociatione O ciuitas ce
leſtis.māſio ſecura.patria
totum ꝯtinens q̄d delectat
Merces ſcōꝝ tam magna ē
q̄ non p̄t menſurari.tam co
pioſa q̄ non p̄t finiri tā mul
ta q̄ non p̄t nūerari.tam p̄//
cioſa q̄ non p̄t eſtimari
¶ Petrus bleſenſis ad regē
Anglie ſup Job. Putas ne
q̄ aliq̄s in p̄nti vita gaude//
at ⁊ in futura? Si tn̄ gaudi
um d̄beat dici q̄d turbat̄ aſ
ſidue ⁊ reſpergit̄ amaritudi
ne p̄nti nimis delicatus es
ſi vtrūq̄ꝫ p̄ſumis vti ſeculo ⁊
frui chriſto p̄ntis mundi de
licias cape ⁊ nihilomin⁹ ce//
leſtis gl'ie diuitias optinere
Audi q̄d dictum ſit illi diui
ti in euangelio Fili recorda

re qꝛ recepiſti bona in vita
tua. Merito poſſemus re-
ges ſciſſimos reputare inſa
nos ꝛ ꝓphetas apl'os marty
res ꝯfeſſores. teneras ac de
licatas ꝟgines oēs q̄ ſpretiſ
diuitijs ꝛ ꝯculcatis delicijſ
huius mūdi ſeipſos ꝑ chri-
ſto tribulationi ꝛ morti ob
tulerunt ſi gl'am quā adep-
ti ſunt in anguſtia ꝛ dolore
potuiſſent in voluptatibꝫ ꝛ
delicijs obtinere

Hieronymus. Quotieſ
cunqꝫ te vana ſcl'i delectat ā
bitio. q̄tiens in mundo ali-
q̇d videris gl'oſum ad para
dyſum mente trāſgredere ꝛ
eſſe incipe qđ futurus es
Idē Omne opꝰ leuius fie
ri ſolet cum eius p̄cium ex-
cogitat' ꝛ ſpes p̄mij ſolaciū
fit laboris. Et nullus labor
durꝰ. nullū tempus longuꝫ
videri debet quo eternitatiſ
gloria acquiritur

¶ Finiunt exempla de
gaudijs regni celoꝝ Et
alioꝝ trium nouiſſimo-
rum. Impreſſa Dauen
trie. per me Jacobuꝫ de
breda

1001462

Ra
E


colorchecker DIGITAL SG
DCSG - UBU # MX - 7181
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10
A B C D E F G H I J K L M N
x·rite
0 1 2 3 4 5 6 mm